uis. nu. 2. ff. de ius voc. Franc. de Ripa in l. 1. nu. 25. ff. si cert. peta. & in l. 1. nu. 172. ff. de vulga. & pupil. Resolutiõ igitur dicendum est, Conditores legum posse suas leges declarare, corrigere, & mutare, vt probant iura prioris parte adducta. Azo. in summa. C. de legibus. Præterea etiam consuetudo interpretatur leges. l. de interpretatione. & l. minimè. ff. de legib. quod ita verum est, vt & si communis opinio sit in contrarium: nihilominus tamen declaratio inducta per consuetudinè sit seruanda. Decius in capit. atsi clerici. col. 13. de iudi. Gregor. Lopez in l. 53. gl. 1. ad fin. titu. 6. parti. 1. (Consuetudinis effectus ponit Præpositus in ca. consuetudo. col. 4. nu. 10. distin. 1.) Item etiam & iudex iura interpretari potest in causa, de qua cognoscit, siue dubitetur de verbis legis, siue de casu non comprehenso in primis legibus. l. scire. & l. non possunt. ff. de legib. Felin. in ca. ecclesia. S. Maria. vbi alios allegat num. 50. de consitu. Licet etiam & doctor: eius vero interpretatio etsi probabilis, non tamen est necessaria. Denique leges recipiunt declarationè ex cõmuni doctorum intellectu, qui in actu practico sequendus est. text. & ibi gl. verb. sanctorum. in clem. vni. de summa trini. vbi latissimè quando sit sequenda communis opinio. & de eius valore scripsi, ideo non repetam. Adde Stephanum Frederic. de interpretatione iuris, vltima parte, pagina. 196. versic. nam ab antiqua. Segura in l. cum patronus. nu. 50. ff. de legat. secundo. & in l. imperator. numer. 102. ff. ad Trebel. & vtroque in additione plenè dixi: Tandem recipiunt interpretationem per punctum rationis. Bald. in cap. 1. de consitu. Ias. in dicta L. quanuis. nu. 6. sexto. Zafius consil. 9. num. 36. libr. primo. Segura in repetitione. l. prima. §. si vir. nu. 119. ff. de acquiren. possess. & in l. imperator. nu. 38. ff. ad Trebel. text. in cap. it. ad audientiam. vbi Panor. notabi. de cleri. non residen. capit. cum dilecta. de confirmat. vtil. vel inutil. l. his folis. C. de reuoc. donatio. l. scire oportet. §. aliud autem. ff. de excusa. tutor. & in prin. distin. 11. vbi Præpositus num. quarto. col. 1. & in cap. consuetudo. nu. secundo. ead. distin. Postremo declaratio iura recipiunt, quando verba sunt ambigua propter varios intellectus. Ioan. Andr. in reg. pro possessore. nu. 9. de reg. iur. libr. 6. Non obstant, quo minus hoc procedat, adducta pro priori parte: illa enim procedit, quando interpretatio esset generalis, necessaria, & in scriptis tanq; perpetua redigenda: vel esset talis interpretatio friuola, quæ induceret additionem,

tionem, vel diminutionem legis: quod minime fieri debet. vt habetur Deuteronomo. 5. vbi glo. interlinearis dicit, vt addatis aliquid, vel minuat. & Deuteronomo. 4. super illa verba, non addetis ad verbum: dicit gloss. interlinearis. Non prohibet veritatem veritati adde-re, sed falsitatem omnino remouet. & gloss. ordinaria inquit. Considerandum tamen, quod hic prohibetur additio deprauans intellectum legis: non autem additio declarans, aut illudans, secundum quod scribitur Ecclesi. 24. qui eluciant me, vitam æternam habebunt. Præterea etiam mens legis potius quam verba est consideranda. c. si propter tua debita. de rescri. Segura in dicta repe. l. imperator. num. 39. & extenditur ad casum nõ expressum, quod, si tempore statuti conditores rogati fuissent, verisimiliter statuiissent. gl. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Alex. cons. 24. nu. 34. lib. 2. Segura, vbi etiam latissimè dixi in d. repe. l. imperator. nu. 39. Iura etiam habentia plures intellectus, secundum magis dubitabilem considerari debent. l. quod habeo. ff. de carbo. edi. c. cum in iure. de offi. deleg. Panor. in c. super quæstione. §. si verò. nu. 7. eo. titulo. Concludendum igitur post interpretationem per alia iura iuris annexi secundum Bar. & alios in d. l. omnes populi. nu. 65. Præpositus in cap. erit autem. nu. 5. distin. 4.

Tertia quæstio procemialis.

Tertio dubitari nec minus subtiliter potest, Sitne ad ius civile, an ad canonicum recurrendum, existente aperta decisione de iure canonico, atq; etiam diuerso alio modo de ciuili, nihil autem de iure regni statutum est? In qua. q. videtur dicendum, quod ad civile, cum sit ius seculare laicorum, sitq; in suo foro seruandum. c. 1. noui oper. nuntia. c. 2. de arbit. lib. 6. Sitq; solum vniciq; ius tribuendū. c. fin. de excep. lib. 6. quòd q; leges canonibus abuerse sint in suo foro seruandæ. Luc. de Pē. na in l. mulieres. col. 7. C. de incolis. l. 10. nec Papa intendat tollere, nec possit leges, nisi quoad suū forum. gl. in c. constitutiones. distin. 10. gl. etiam in clem. dispendiosam. verb. vlturis. de iudi. Ioan. Igneus in tracta. an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. nu. 102. Item etiã quia res de facili reuertitur ad causam primam, à qua fuit deriuata. l. si vhus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. sed leges regni habent originem à dictis iureconsultorum, & imperatorum. Gregor. Lopez verb. tomamas, in proœm. 1. parti. quod satis apertum est: de ficiente igitur iure municipali, & regio, ad ius

ciuile, non ad canonicum pro decisione cause in iudicio seculari controuersa: recurrendum est. Confirmatur. Nam deficiente iure canonico, pro decisione dubij eundem ad ius civile, non autem ad municipale. Præpositus in capit. consuetudo. colum. 3. numer. 7. vers. adde etiam. distin. 1. Petrus de Kauenna. in alphabeto aureo. foli. 163. col. 4. vers. mala consuetudo. Rochus Cur. in repe. capitul. fina. sectio. 4. numer. 6. fol. paruo. 50. de consuetu. Adde quæ not. Panor. in capitulo ex literis numero quinto columna tertia de consuetu. His tamen non obstantibus, asserendum fore credimus, deficiente iure regio, recurrendum esse ad ius canonicum: & cõuerso, deficiente iure canonico, ad ius regium. Nam quod est, & ratione suæ causæ firmius, & illustrius reputatur, præferendum est. l. fin. C. de his qui veni. etat. impetra. c. penul. de senten. excommu. Sed ius canonicum respectu iuris ciuilis illustrius est, & firmius: nec minus est ius regium, quòd in toto regno commune est: quia etiam compilata à Iustiniano non dicuntur apud nos iura, sed dicta sapientum, quæ deficiente lege, sequi possumus, & quatenus ratione iuuantur, & confirmant ius regium, in iudicijs possunt allegari: quod ita in allegationibus tam ecclesiasticis, quam secularibus quotidie seruatur. Præpositus in cap. si in adiutorium. col. 2. numer. 4. distin. 10. & l. 1. in decisionibus Tauri. Ad ius igitur canonicum, vel regium, alterutro in suo foro deficiente, est recurrendum. Item leges Castellæ, & Hispaniæ sunt ius commune, & non municipale, quia vniuersale ius regni commune dicitur & appellatione iuris in regno Castellæ venit ius istius regni. Panor. in cap. cum à nobis. notab. 1. de testib. Ioan. Lupus de Pala. rubi. in l. 1. Tauri. num. 9. Sicut appellatione iuris, per excellentiam intelligitur de Romano. §. ius autem. Inst. de iure natura. Itaq; si rex mentionem de iure fecerit, appellatione illa iuris, venit ius regium: vnde si Philippus noster, & Angliæ Rex de iure loquatur, venit intelligendum ius sui regni, quod regulat omnia inferiora, id est, de eo iure, quod ab ore Regis emanat, quia in suo regno monarcha est, totumq; continens, & ab eius sententia appellari non potest, quia præfectus est multorum prelatorum sui regni. Bald. in c. cum venissent. col. 2. de eo qui mitti. in possess. causa rei seruã. Ioan. Lupus in repe. rubri. de donatio. inter vir. & vxor. fol. 1. col. 4. nu. 19. Quod autè ius regni sit ius commune, tenet doctor Iacobus de Segura in repe. l. cohæredi. §. cum filia. nu. 19. ff.

de vulgar. & pupilla. l. 5. tit. 4. infra isto. lib. 1. & eo. lib. titu. 1. 4. & 1. 2. & ibi Doctor del Castillo verb. *Por ellas*, in ordinationibus Tauri. Item quod deficiente iure regio sit in subsidium ius canonicum, & non ad civile recurrendum, tenet Gandisaluus olim auditor Rotæ in repet. c. constitutus. fol. 7. vers. ego autem. de integ. restit. Ioan. Lupus in d. repet. rubr. fol. 2. num. 15. Doctor Castell. in l. 1. Tauri, verb. *Primeramente*. & Cifuentes in l. 3. questione. 1. in eisdem Taurinis decisionibus. Ioan. Bernar. episcopus Calaguritanus in practi. cano. criminal. c. 60. & c. 136. Facit text. secundum vnum intellectum in c. ad nostram. de probatio. Nec aduersatur huic sententiæ, quod ex ecclesiasticis ob iuris canonici defectum imponat legales pœnas: licet enim episcopi per statuta sua imponere easdem pœnas, quas populorum statuta laicis imponunt delictum committentibus: dum tamen tales pœnæ iuri canonico non aduersentur. tractat hoc latè Ancharra. conf. 18. nu. 1. & fin. & Cardinal. Turrecræma. in capit. dignum. nu. 1. 3. c. 9. dicit leges humanas fore in causis ecclesiasticis etiam criminalibus recipiendas, argumento capit. si in adiutorium. distin. 10. & c. sumitur. c. 1. 4. Quod tamen verum est, & procedit dummodo leges non obuiuent canonicis. c. 1. distin. 10. c. inter hæc. 3. q. 2. Vnde infertur pœnam secundum laicorum statuta clericis ab episcopo impostam valere dummodo talis constitutio canonicis non sit contraria. quod etiam est de mente Ancharra. in dict. consil. 18. col. fin. nu. 7. & Panor. in. c. licet. col. 2. nu. 2. de offi. ordin. vbi dicit posse episcopum ad morum reformationem statuerere, dummodo contra canones non sit. & ibi additiona. plura remissio citat. Iudex igitur ecclesiasticus poterit legem seculari dispositioni iuris canonici non aduersantem approbare. Quod etiam tradit Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 49. qui latè loquitur de constitutio. Dicit etiam & pulchre Panor. in. c. de causis. col. fina. nume. 17. de offi. deleg. quod quando pœna non inuenitur de iure canonico, recurrendum est ad ius commune statutarium, municipale, vel consuetudinarium. Igitur ad ius regium, quod commune est. Non etiam obstat gloss. in. c. consuetudo. verb. cum deficit lex. 1. distin. 10. in qua Raueni. Curti. & Prapof. suam intentionem fundare nituntur. illa em glossa non probat id, ad quod ab eis allegatur. Afferit namq; glossa præferendas leges in defectum canonum generali, vel particulari consuetudini: non autem dicit leges Imperiales

compilationis Iustinianæ præferendas legibus regni non recognoscentis superiorē, veluti sunt leges Regis Hispaniæ, qui nullum tēporalem recognoscit superiorē, secundum gloss. in. capit. Adrianus. 63. distinct. in verb. per singulas: quam dicunt memorabilem, & singularem Anto. Corset. in tracta. de potestate regia. quæst. 22. numero. 19. & quæst. 101. numero. 66. & Ioan. Lupus in tracta. de benefici. vacant. in curia. §. 8. & Segura in l. Imperator. numero. 5. vbi & nos in additione latè scripsimus. ff. ad trebel.

Nec obstant aliæ rationes superius adductæ. Papa enim non tollit ius regium, nec Imperator ius canonicum: altero tamen deficiente, iuuatur ab altero in suo foro.

Nec obstat si quis dixerit, deficiente iure canonico, vel regio, ad civile esse recurrendū, eod quod illa habuerint ab hoc origoem: illud enim habet locum, quando ius, a quo aliud sumitur manet in virtute iuris, non aliās. Hispani tamen duplex habent ius solum, canonicum, scilicet, & regium: civile enim nō habet vim iuris, sed rationis. Ad ius igitur, & non ad particulares rationes est recurrendum, maxime cum ius Hispaniæ regium sit æquum, & iuri canonico cōsonum. Et in similibus sit transitus de vno simili ad aliud sibi simile. c. inter cæteras. de rescrip. Ius etiam canonicum præminet iuri civili, & ideo est ei præferendum secundum Bartholom. Cassan. in Catalogo gloriæ mundi. 10. parte. considera. 17.

Quarta quæstio proœcialis.

Quartò dubitari potest, Vtro iure sint causæ civiles, & temporales decidendæ in terris subiectis ecclesiæ, quæ tamen intra fines huius regni residet, canonico, an regio? Cui dubio respondetur, quod regio, vt tenet Bal. in l. priuilegia. nu. 3. c. de sacrosanct. eccles. l. 5. incipiente, *Por que la justicia*. titu. 4. infra isto lib. 1. Est etiam appellandum ad regē à prælatis, & episcopis temporale iurisdictionem habentibus: quod probat Doct. Couarru. in practi. quæstio. c. 4. nu. 2. & est text. in l. 19. in libr. pragmati. Feli. in. c. folitè. nu. 4. de maio. & obidi.

Quinta quæstio proœcialis.

Quintò quæritur, Quando in eodem articulo diuersæ leges huius, vel alius compilationis nostri regni diuersentur, cui sit in eius decisione standum? Cui dubio distinctio

erit adhibenda, scilicet. Aut alia lex est generalis, alia particularis, & tunc particularis est sequenda. generi enim per speciem derogatur capitul. generi. de regul. iuris. lib. 6. tollitur enim contrarietas, vt notat Doctor. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & in l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. Vltimæ etiam dispositioni est standum, quando alia lex alij eiusdem libri contrariatur: posteriora enim prioribus derogant. capitul. 1. de consil. lib. 6. l. pacta, vbi Iaf. C. de pact. nisi contrarietas distinctione aliqua concordari possit, quia iura iuribus expedit concordare capitul. cum expediat. de elect. lib. 6. l. vnica. C. de inoffi. dotib. Ancharra. in capitul. 1. quæst. 24. de constitu. Philipp. Cornet. conf. 89. col. 3. nume. 13. lib. 1. Aut alia distincte, alia in distincte loquitur: & tunc secunda indistincte loquens non tollit distinctionem prioris. Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

Sexta quæstio proœcialis.

Sextò dubitatur, Quomodo sit in legibus huius regni procedendum? De isto dubio est l. 4. titu. 4. lib. 1. infra. & magis aperte. l. 1. Tauri, vers. *ordenamos, y mandamos*. Notandū tamen leges, quas petitiones curiarum appellamus, esse ceteris pragmaticis, & legibus ordinamentis, fori, & partitarum præferendas, quatenus posteriores sunt, per ea, quæ in superioribus diximus.

Septima quæstio proœcialis.

Septimò quæri potest, Quam in causarum decisionibus potestatem contineant leges fori & styli, cum nec fuerint authorizata, nec in vim legum, sed tanquam consuetudines promulgatae? In quo dubio conclusiue asserendum existimo tales leges habere legum virtutem: siquidem in vsu & obseruantia fuisse constat in casibus in iudicio agitatis. Quod tamen verum est, dummodo irrationabiles, vel iuri huius regni contrariæ non sint. text. in l. penul. titu. 4. lib. 1. infra. & l. 1. Tauri. Alleganti itaq; pro se legem fori incumbit onus probandi talem in vsu extitisse legem, vt latius probandi in additio. ad Segur. in repe. l. coheredi. §. cum filia. nu. 19. ff. de vulg. post Roderi. Xuar. in repe. l. fori in prin. fol. 3. col. 2. & Zafi. conf. 5. nu. 109. lib. 1. & Marcum de Manrua in repe. l. iuris ignorantia. nu. 10. C. qui admitti. Deci. conf. 540. nume. 12. Si tamen lex fori esset notoria, ex communi vsu recepta, eam allegare sufficeret, nec teneretur proba-

re. Notorium enim releuat ab onere probandi, non tamen ab onere proponendi. gloss. in clem. appellanti verb. alias causas. de appell. singul. secundum Ioan. Bernar. in tracta. falten. regul. 497. Tenet in expresso Deci. consil. 402. nu. 10. lib. 3. qui pulchre loquitur. & cōsil. 447. colum. si. nume. 12. & consil. 559. nume. 9. & consil. 605. nume. 26. comprobatur ex congestis à Docto. Segur. in repe. l. 3. §. fin. nume. 18. ff. de liber. & post. Notorium autem, exempli gratia, est, si quis dicat res patrimoniales posse à propinquo retrahi pro tanto: vel etiam, bona acquisita inter coniuges constante matrimonio esse communia: vel aliud simile exemplum. Articuletur autem in interrogatorio causæ in hunc modum. Itē si sciunt & c. legem fori, in qua habetur defuncto ab intestato propinquo ad truncū bona venire, vel filium posse in tertio & quarto bonorum meliorari, esse vsu receptam in iudicijs; contra dictorij obtentam quoties similem casum in facti contingentia viderunt: & ita prædictam legem prædicari sciunt: nec vnquam contrarium fieri se videri prædicari viderunt: & ita est publicum & notorium & c. Adde Deci. consil. 483. nume. 25. & consil. 215. nume. 2. Quibus autem alibus contrarijs tollatur ista consuetudo, si iam esset præscripta, distinguit Alberi. in rub. C. quæ sit longa consuetu. cuius distinctio placet Andrea Tiraq. in tracta. de primogeni. q. 90. nume. 1. & 2.

Octava quæstio proœcialis.

Octauò ex prædictis oritur dubiū, Vtrum lex ex consuetudine tolli possit? Et videtur quod non per dictam. l. 4. titu. 4. lib. 1. infra ibi, *contra las leyes que en este nuestro libro se conuenien*. & per l. 4. titu. 1. lib. 5. infra. & per dictam. l. 1. Tauri. Contrariatur tamen, quod consuetudo legitime præscripta derogat legi præcedenti. iuxta tex. in. c. fin. de consuet. & quæ insigniter adducit Ioan. Andr. in reg. nemo potest. num. 3. de re. iur. lib. 6. vbi concludit, quod clericus possunt testari etiam de bonis quocūq; titulo acquisitis intuitu ecclesiæ. Quam consuetudinem & si iuri humano contrariam, validam tamen ostendit Doct. Couarru. in cap. cum in officijs. nu. 9. de testamen. quod & ipse in arte testandi latè probauit. in gl. 23. Ad quod est regia. l. 27. in curijs Pincii anni. 1523. quæ approbat, & præcipit seruari antiquam Hispaniæ consuetudinem, quæ circa conficienda testamenta laicorum versatur, scilicet, valeat consuetudinem, quæ venit post legem con-

tra ius scriptum, quod etiam tenet Lucas de Penna in l. vnica. C. de collat. donator. col. 2. libr. 10. vbi singulariter in puncto distinguit. Zafius in l. de quibus. ff. de legib. Doctor Didac. del Castil. in l. 1. Tauri in verbo. *contra ruzon*. faciunt etiam quae ipse scribit de potestate consuetudinis in eisdem decisionibus Taurinis in l. 3. verb. *Siet et c. sigos*. versi. Sed quæro an consuetudo. & quæ notat Petrus Rauener. in tracta. de consuetu. sectio. 3. nu. 11. Non obstant leges præciatæ in capite quæstionis: ille enim solum reprobant consuetudinem præteritã, non tamen futuram post has leges inductam. Vtrum autem consuetudo semel à lege reprobata, possit amplius introduci, vide Petrum Rauener. vbi supra, & quæstionem infra 13.

Nona quæstio procemialis.

Nonò dubitari potest, Vtrum doctoribus, an & licentiatis & baccalaureis sit interpretandi iura concessa facultas? Cui dubio respondetur, quòd soli Doctores est permissa, eò quòd doctorali tantum dignitati, & non alijs sit annexa secundum Rip. in l. ex facto. col. 2. nume. 8. ff. de vulgar. & pupill. Ad quod citat Inno. in c. 2. de magist. & Bologn. in repe. authen. habita. fol. 4. C. ne filius propter, quòd intellige vt per Castell. in l. 1. verbo. *inter pretar* in legibus Tauri. fol. 15. col. 1. & ibi Ioan. Lupus. nu. 6. Supradictam etiam quæstionem tenet Hierony. Grat. respòs. u. 6. col. secunda. nume. 9. lib. 2.

Decima quæstio.

Quæro decimò, Vtrù leges humanæ obli- gent subditum in conscientia foro, ita vt subijciant transgressorem mortali peccato? In qua quæstione concludendum leges Imperatorum & Regum transgressorem ad peccatum etiam in foro conscientia obligare, quando talis lex est fundata super certo, & non super præsumptione. Quæ conclusio colligitur ex diuo Thom. 1. 2. quæst. 96. arti. 4. & 2. 2. quæst. 60. artic. 5. ad primum. Archiepisc. Florentin. 1. parte. titu. 18. cap. vni. §. secundo. Baptista Trouamala. verb. lex. quæstio. 17. & Syluester. quæst. 8. in eodem verb. Alphons. Castren. libr. primo. de potestate legis pœnal. capit. 4. Ioan. Methym. in libr. de restituti. quæst. 36. versi. quo præmissò videtur conclusio. & c. text. in l. 16. titu. 1. parti. 1. ibi, *ymeter se yan en la carrera de la muerte*. & ibi notat Gregor. Lopez. Adde glo. 2. in l. 6. titu. 6. lib. 2. in-

fra. Paludan. in 4. sententia. distin. 25. quæst. 4. artic. 1. conc. 1. Nauar. in manual. Confessio rum cap. 23. num. 39. Andr. ab Exca in capit. 2. de consil. num. 184. vbi dixi in conclu. 3.

Secundò confirmatur: quia vbi ius ciuile expressè non reprobatur ab ecclesia, nec continet in se peccatum, debet obseruari in foro animæ, vt probat Barba. in capi. filius. col. 2. numer. 8. de testam. dicens istam opinionem communè. Quod etiam confirmatur ex Pau. ad Roma. 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. c. qui resistit. n. q. 3. & glo. in. c. final. verbo sententijs. de consitu. libr. 6. Bald. in capit. in omni. de testib. Barba. consi. 43. numer. 20. colum. 12. libr. 1. Adrian. Papa. quæst. 6. quod libetica. Quod tamen intellige intentione legislatoris non cessante, vt probat Curti. Junior consil. 12. numer. 10. dumque modò talis lex sit iusta. cap. erit autem. 4. distin. 10. S. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 5. Dumque etiam legislator habuerit potestatem: alius enim nõ ligat. cap. fina. de consil. lib. 6. l. fina. ff. de iurisdic. omni. iudi. text. secundum Cepol. nume. 10. post Bald. ibi in l. sciendum. ff. de edil. edi. Si enim princeps in materia spirituali & super rebus spiritualibus statuatur, inualidum erit statutum. c. fina. de reb. eccle. c. nouit. de iudi. Vnde in sentur præceptum rectoris vniuersitatis alicuius, vt inter sint Doctores vel scholasticis alicui congregationi, in qua de re graui tractatur, obligare transgressore ad peccatum. Si tamen sub pœna præstiti iuramenti scholares interesse congregationi, missarum celebrationi, vel alijs iubentur, talis pœna non est durè intelligenda: non enim præsumendum est, attentata pia mandantis intentione, in his, quæ magni ponderis non sunt, velle sibi vt pareant sub periuuri pœna, sed ad memoriã iuramentum reuocare, ne suis subditis cõtempui sit, ob idque præceptis parere renuant. Ita explicat Ioan. Driedo. in Christiana libertate. pagina. 172. & Couarru. in repet. c. quantuis pactum. 1. parte relectio. §. 7. ad finem. de pactis. libro. 6. Quod maxime est notandum, ne passim quis temerè periuuri reus damnet, etiam si superioris præceptum prætermittat.

Lex itidem super præsumptione sua data non obligat, veluti illa, scilicet, quæ hæredem non conscientem inuentarium ultra vires hereditatis teneri creditoribus hæreditarijs asserit. text. in l. fin. §. fin. verò postquam. C. de iur. re deliberan. l. 10. titulo. 6. par. 6. quæ non ob- tinet locum in conscientia foro secundum Bart. in rubri. ff. de acquiren. hæredi. nume. 3. quæ etiam sententiam probat Feli. in ca. au-

Præceptum rectoris vniuersitatis obliget eius transgressori ad peccatũ.

L. 3. titu. 7. lib. 5. infra.

Lignar edes contra statutu præceptu vtrum peccet ac teneatur ea in foro animæ restituer.

diuimus. nu. 1. de simoni. & Baptif. Trouamala. verb. hæreditas. §. 12. et seq. communis sententia dicit secundum Iason. in rubri. nu. 23. ff. de acqui. hæred. Disti latè ad Segur. in repe. l. 1. §. si vir. num. 125. ff. de acquir. possi. Intellige tamen, etiam si ad peccatum obliget, non tamen ad restitutionem pœne in foro conscientia teneri: quia lex conscientiam non ligat, quos natura non obligat, secundum Baldum in l. 1. C. de vectiga. & com. & Feli. in citato. capit. audiuius. col. 1. Cum enim sit mera pœna, nihil ex suis bonis abest hinc: quare naturaliter ei quis nõ tenebitur. gl. cõmuniter recepta in. c. fraternitas. 12. q. 2. singul. secundum Feli. in. d. c. audiuius. Quæ opinio cũ dicta gl. cõmunis est teste Ludo. Gomez in §. ex maleficijs. num. 14. de actio. & nos latè probauimus ad Segur. in l. filius dam in ciuitate. nume. 15. ff. de verbo. obligi. Vnde inferatur reuendentem triticum contra pragmaticam peccare, non tamen in conscientia foro ad restitutionem pœnæ in eo contentæ teneri. text. in l. 180. & in fine operis anni. 1548. in curijs Pinicia. fol. 40. & fol. 51. De hoc in prosecutione operis latè dicemus. Nota tamen illud ad l. 2. cum sequenti. titu. 7. lib. 5. infra.

Ex quo etiam infero & notabiliter peccare etiam illum, qui alienam caedit syluam lignarum, quæ in decem strahitur: mirum ratione: quia legi obuiat & statuto in se id ad reipub. vtilitatem prohibenti: commodũ enim affert reitanti. lignorum montiumque copia. At qui prohibitioni de lignis cadendis obuiat, vniuersali preponit particulare commodũ. quod prohibet Auth. res quæ. C. commu. de lega. & capi. ratio nulla. de præbend. l. tertia. titu. 28. parti. 3. Populus itidem, dominusve alicuius loci prohibere potest ne quis sine licentia possit locum in re diuina re enim propria quilibet legem potest iustam inducere. l. in re mandata. C. mandati. l. diuis. ibi, non est rationale nolentibus dominis vos in alienis agris atcupari. ff. de seruit. rustic. prædio. Nulli igitur, cum alia ab alijs oppidis diuisas habeant syluas, contra statutum id prohibens alieni montis ligna cadere vel extrahere licebit. Quælibet etiam vniuersitas statuta circa rerum suarum administrationem condere potest. l. fina. vbi notat Bald. C. de iurisdic. omni. iudi. Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Deci. consil. 197. lib. 1. Adde quæ notat Rod. de Ar. Nuarez allegati. 6. Quod autem peccet, tenet Domin. Soto. lib. 1. de iust. & iur. quæst. 6. arti. 4. & lib. 4. quæst. 6. artic. 4. p. 342. col. 2. Nauar. in manual. confessio. pagin. 454. num.

36. Alphons. de Castro de potestate legis pœnal. libr. primo. cap. 10. §. primo. Adde etiam quæ tradit notanter Couarru. in repe. regu. peccatum. 2. par. §. 8. de regu. iur. lib. 6. Dato igitur quod peccet, dubium est, vtrum ad restitutionem, vel æstimationem damni illati teneatur? Per prædicta videtur quòd sic, ad suam etenim syluam ligna pertinent. argum. l. si quis duas. §. si quis partem. ff. commu. prædi. ibi, diuisi sunt dum regionibus. Si itaque sylua, de qua ligna furripit, aliena est, non dubium est quin turrim committat: igitur, & si lex in tali casu imponat pœnam (quæ tamen pœna in foro animæ nõ debetur) tenebitur ad interesse rei sublatæ ratione furti commissi damni que illati in arboribus fructibusque pomarij, vel syluæ, vel cuiusuis alius fundi cuiuscunque domini tam particularis quam vniuersalis. Ita tenet Alphons. de Castro copiosè & eleganter vbi supra. Hoc tamen limitarem, si ex statuti forma vel partium conuentione expressè intelligeremus ad pœnam tantum legis vel statuti teneri ligna incidentes ac asportantes: tunc etenim, vt opinor, illa lex concessoria est ex partium conuentione, non prohibitoria. Quæ tamen limitationem intellige, dummodo qui rapit, in vsus suos rem raptam habeat: & sit illius loci, in quo est sylua vel mons: si enim ad vendendum furripere eò quòd vtilitas rei cõmunis cessat, succeditque cupiditas, tenebitur in foro animæ ad restitutionem susceptæ estimationis ex venditione. Quod iuri existimo consonũ, & ita sæpius rogatus consului. Quid de eo qui habet ius piscandi incerta parte fluminis præscriptione quæsitum, cum habeat ius prohibendi, vt in capitul. quæ sint regalia. verbo: piscationum. vide per Afflic. fol. 184. colum. 2. idem erit respondendum.

Vndecima quæstio.

Vndecimò offert se nobis nec minus nota- bile dubium, Vtrum in causam ecclesiasticarum decisionibus, deficiente iure canonico, sit ius ciuile dictis sanctorum præferendum? Quam quæstionem ad vtramque partem latissimè & singulariter tractat Lucas de Penna in l. medicos. col. 2. C. de professor. & medi. libro decimo. Ego tamen ita distinguere rem. Aut enim est causa spiritualis ad fidem spectans, & tunc si dictum sancti sit vel noui vel veteris testamenti auctoritate fundatum, imperiali decisioni præferrem, cum gloss. in capit. de libellis. 20. distinet. in verb. illorum singul.

In causis ecclesiasticis deficiente iure canonico an ad dicta sanctorum vel ad iura regni sit recurrendum.

singu. secundum Ias. in. 5. quaedam. nu. 66. In sti. de actio. Aut est dictum sancti simpliciter spectans ad causam temporalem: & tunc lege regia si sit, erit causa decidenda in foro canonico, dummodo talis lex sit aequitati consona.

Duodecima quaestio.

Lex vel statutum quando desuetudine tollatur.

Est & duodecimo pulchra & quotidiana quaestio, Vtrum lex, vel statutum desuetudine tollatur? De qua etiam quaestione pulchre Lucas de Penna in l. euidenter. col. 2. C. de excus. mune. libro. 10. & in leg. 3. colum. 1. C. de pala. largi. libro. 12. Petrus de Rauca. in tract. de consuetud. sectio. 4. nume. 73. fo. 145. Doct. Castell. in l. 1. verb. nosse guarda. in decisio. Tauri. gl. in prohem. in sti. in verb. desuetudine. Haec ipse dubio sic satisfacere. Aut lex abijt in desuetudinem per contrarium usum, itaque nunquam fuit recepta, vel semel recepta non fuit vsitata, quo casu cessat virtus illius legis, & obtinet vicem consuetudo prior. glo. in cap. frangere. de treug. & pace. ordinaria secundum Ias. in l. rem non nouam. col. 2. nume. 5. C. de iudi. quae dicit statutum non receptum in obseruantia, nec moribus vtenitum approbatum, nullas habere vires: nec ei obuiantia dicitur transgressor. Citat Montal. in l. 10. titu. 11. part. 3. in glo. magna ad fin. singul. secundum Alexan. consil. 6. Viso themate & dubijs. nu. 2. & consil. 132. Vsa facti narratione. col. 2. num. 1. vbi hanc communioem dicit opinionem: vbi etiam subdit in dict. consil. 132. ex cursu decennij circa regis vel superioris notitiam talem consuetudinem praescribi, dicit quae istam in terris imperij communem opinionem. Aut casus illius legis nunquam euenit, quod de raro contingentibus esset: & tunc & si non vsitata, semper tamen viget, & est in sui viridi obseruantia. l. arriani. C. de haereti. Montal. in dict. glo. magna. l. 10. titu. 11. par. 3. Itaque & si contrarius vsus statuto iuris deroget, non tamen desuetudo. Si autem talis omnino idem quod ius diuinum disponeret, nec desuetudine, nec contrario vsu tolleretur: siquidem est eadem cum iure diuino, quod immutabile est cap. fina. de consuetu. Panor. & communis in capit. 1. de treuga & pace. Praeposuit. & Alex. in §. leges. 4. dist. in col. 2. & 3. post Domini. ibi Grego. Lopez in l. 16. titu. 1. parti. 1. verb. El pueblo. Petrus Rauca. de consuetu. sectio. 1. nume. 47.

Consequenter Vnum tamen est notandum, obuiantes diuinae legi, vel naturali, sequentes prauam populi consuetudinem esse a temporali poena

immunes, non tamen a gehennali, vt inquit glo. in cap. denique. verbo. consuetudine. dist. 4. & glo. in c. 2. de tempor. ordina. gloss. etiam in c. cum venerabilis. de consuetu. Praeposuit. in dict. c. denique. nu. 30. 4. dist. in c. Roman. singul. 19. An consuetudo. Francisc. Cremonens. sing. 149. Mos puerorum. tradit Feli. in cap. ea quae. nu. 1. col. 1. de simoni. & in c. ex tenore. nume. 12. de rescript. Ias. in l. singularia. col. pen. num. 49. ff. si cert. peta. Hippolyt. in practi. causa. crimin. §. quoniam. nu. 97. & in consil. 7. nu. 26. Alex. consil. 8. Et aduerte. col. fin. nu. 8. lib. 6. & consil. 233. col. 2. nu. 13. libr. 6. Evtrobieque refert Alex. praedictam glossam post Anchar. & dicit rectorem oppidi cuiusdam aufugisse, eo quod accusatus fuerat: facta quae in eum inquisitione, repertum fuerat priuatos eius habere carceres, pluresque vinculis oppressos haberi iussisset liberatum vinctum & absolutum a crimine, inquit fuisse, eo quod probauit praedecessores suos id facere consueuisse.

Quaestio decimatertia.

Debitur praeterea & decimo tertio, vtrum consuetudo semel per legem data, possit reintroduci? Cui respondet gl. in clem. statutum. verb. consuetudine. de electi. dicens illam reprobationem consuetudinis de praeterita, non de futura intelligi. Quod late probat Andr. Tiraq. in tracta. de vtroque retra. lib. 1. in prin. nu. 17. Aduertendum etiam illam glossam secundum istam theoricam debere in huc modum legi haec litera, tollere noluit: alia enim litera inquit, tollere voluit, secundum quam allegantes eam ad alium sensum intelligunt: nepe quod vbiunque lex reprobat consuetudinem, non solum praeteritam, sed & futuram videtur reprobare consuetudinem. Quam opinionem ab omnibus reprobata praedicta glossa dicit teneri Ias. in l. cunctos populos. colum. 16. nume. 73. C. de sacrosanct. eccles. & Imol. in cap. cum ab omni. nu. 3. de vita & honesta. cleri. Illam glossam dixit singularem Iaso. in l. de quibus. nu. 55. ff. de legib. Ioan. Lupus in repe. c. per vestras. notabi. §. fo. 105. col. 3. de dona. inter vir. & vxor. vbi plures praedictam glo. in priori opinione, quam nos etiam tenemus, approbantes retulit. Distinguendum tamen est in ista quaestione cum Petr. de Rauca. in tracta. de consuetud. sectio. 3. nume. 11. Anto. Gomez in l. 51. nume. 26. ad fin. in leg. Taur. & Couarru. in libr. 3. Varia. resolu. cap. 13. nume. 4. affatim de hoc articulo dispensante & resolvente per quatuor conclusiones.

num excusat a poena temporali non tamen a gehennali.

Consuetudo semel a lege reprobata, an de nouo introduci possit.

Gloss. in clem. statutum. corrigi tur, ac declaratur.

Decima

Decima quarta quaestio.

Legis definitio.

Quaero etiam vterius & decimo quarto, Quid sit lex? In quo dubio ommissis pluribus definitionibus, quas adducere poteram, lex est secundum iure consultum Martianum in l. 2. ff. de legib. institutio, & donum Dei. Secundum, vel aliter, Lex est sanctio sancta iubens honesta, prohibens contraria, ibidem. Vel aliter & 3. Lex est recta voluntas eius, qui vicem populi gerit, voce aut scripto promulgata, cum intentione obligandi subditos ad parandum sibi. Quae definitio est integra & optima secundum insignem patrem Alpho. castr. lib. 1. de potestate legis poena. c. 1. vbi eam per partes exponit. Lex itidem auctore Apostol. 7. ad Rom. est mandatum iustum & bonum. Quam definitionem refert glossa in §. lex. in sti. de iure natu. & Petrus Vnzo la in arte notariatus rubr. de diuis. factoru. nu. 6. Quinto etiam, Lex est oratio grauis & recta facienda imperans, non facienda prohibens. Vel sexto, Lex est castigatio vel doctrina scripta hominum vitam a malo reprimens, quaeque fieri oportet instruens. l. 3. titu. 1. part. 1. l. 1. titu. 6. lib. 1. fori legum. Praeterea & septimo, Lex est diuinarum humanarumque rerum notitia. Itae etiam & recti iussio, Donum Dei, Dogma denique; hominum sapientum relata per Polydorum Virgilium, De inuentoribus rerum lib. 2. c. 11. Quid autem sit lex, senatusve consil. quid praetorum edicta, vel responsa prudē

tum, declarat Alexan. ab Alexan. lib. 6. geneal. dierum. c. 23.

Quaestio decima quinta.

Legum institutio necessaria fuit.

Vltimo quaero, vtrum attulerit vtilitatem hominibus constitutio legum? Dicendum quod sic. Probat S. Tho. 1. 2. q. 97. arti. 3. & q. 95. arti. 1. Archiepiscopus Florenti. 1. parte. titu. 17. c. vni. §. 2. Confirmatur ex beato Ysidoro lib. etymologiarum, dicente, Factae sunt leges, vt earum metu humana coerceretur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refragetur nocendi facultas. Hoc tamen humano generi necessarium non est: vtilis igitur fuit humanarum legum constitutio. Inquit etiam Philosophus. 2. Ethic. voluntatem cuiuslibet legislatoris id inspicere, scilicet, vt homines reddat bonos. Tradit Domi. Soto li. 1. de iust. & iur. q. 5. art. 1. Quare indubitabiliter est dicendum sanctissimam & apprime vtilem reipublicae harum ordinamentum legum constitutionem fuisse quas inuictissimi, excellentissimi, sanctissimi mihi Hispaniarum principes Ferdinandus & Elisabetha aeterna memoria digni, vt supra iam diximus, condiderunt. Sub quorum tutela Hispana respublica floruit, ac reliquas omnes felicitate praeterijt: nec ei fames vnquam sub eorum imperio, aliudue infortunium euenit, quibus ob regum peccata, Deo permittente, saepius respublica vexari solent, vt habetur lib. 2. Regum. c. final.

Ferdinandus & Elisabetha Hispaniarum Principes laudantur.

Titulo.

Titulo. I. De la sancta Fe^a catholica^b.

Fidei definitio.



Ansua Fe. Quae est spe randarum substantia re rum, argumentum no apparentium. Paulus Apostolus ad Hebraeos. Facit capi. in domo. de poeniten. distin. 4. gloff. in rubri. de summa trinita. Anton. de Butrio in capit. primo. quae stio. 2. extra de summa trinita. l. 3. titul. quarto. parita. 1. Magister sententia. libr. 3. distinet. 23. ca. 2. Archiepiscopus Florenti. 4. part. titul. 2. ca pit. secundo. §. primo. Alphonsus de Castro in libr. septimo. de haeresibus. verb. fides. Nec quicquam sine ista fide ad veram beatitudinem peruenire potest, teste Augustin. de trinitate libr. 13. capit. 20. & Athanas. in symbolo. Quicunque vult. Hac est fides catholica, quam nisi quisque firmiter fideliterque crediderit, saluus esse non poterit. Magister in 3. sententia. distinet. 23. capit. 3. l. 3. titul. quarto. parti. prima. Paul. ad Hebraeos. u. Sine fide impossibile est placere Deo. De hac fide praetens rubrica loquitur, quae (vt inquit Leo) sola genus humanum viuificat: sola sanctificat. Firmi ter igitur tenenda est. capit. primo. de sum ma trinita. Qui autem in ea fide dubitat, in fidelis est. capit. primo. de haeret. Qui tex. de eo intelligatur, qui de veritate fidei ali quid, quod tamen scit esse de fide, dubitat: is enim grauissimè errat, siquidem certissi ma pro incertis habet. Nam eo ipso, quod scit illud esse de fide, ac dubitat, haereticus pertinaax est. Si tamen quis ignorantia pro babili, vel animi infirmitate dubitaret, no discedens à fide catholica, sed veritati cog nitæ assentiri paratus, cum pertinacia careat, haereticus non est. Ita docent Ioannes Andr. Ancharra. Henricus, Cardinal. Pa normita. Ioannes de Anania, & Felinus in dict. capit. primo. Prapostus in capit. nec licuit. numer. quarto. colum. prima. distin ctione. 17. Ioannes Lupus in allegat. haere sis. §. quinto. Ludouicus Carre. in tracta. de haeretic. numer. octauo. Occam libr. 3. dia logorum capit. 10. Gabriel in quarto sen tentiarum. distinet. 13. quæstione secunda. Summa Rosella, verb. haereticus. versi. que ro nunquid dubius. Syluester verbo, haere

Saluari quis non potest absque fide.

Haereticus sine pertinacia non est.

sis. prima quæstione tertia. Pertinacia ere nim quem haereticum facit: qua cessante, cessat & haereticus. gloff. verbo, pertinaciter. in Clementi. vnica. de summa trinitate. & ibi Guillel. de monte Laud. colum. secunda. & 8. Cardinal. quæstione secunda. numer. sexto. & in. §. igitur. numer. primo. & in. §. porro. quæstione. quarta. nume. quin to. in dicta Clemen. vnica. glo. in cap. hac est fides. verb. emendari. 24. quæst. prima. Alphons. Castren. aduers. omnes haereses libr. primo. capit. nono. Et Augustin. contra Manichæos dicit. Qui in ecclesia Chri sti morbidum aliquid, prauumque quid sa pient, si correcti vt sanum rectumque sap iant, resistunt continuaciter, summeque pestiferum, & mortiferum dogma emen dare nolunt, sed defensare perstiterunt, haereticus sunt. Haec enus Augustin. Si igitur ani mo persistendi non defendant, haeretici di cendi minimè sunt. l. i. infra isto titul. ibi, con animo pertinax. Dubitari tamen potest, vt ut exterior fides sit necessaria. Ad quod dicendum quod sic: fides enim exterior ob quatuor necessaria est. Primum, vt Deus honorificetur. Secundum, vt fides defendatur. Tertium, vt proximus ædificet. Quar tum, vt in fidelis conuertatur. Archiep. Flo renti. 4. parte. titul. 8. capi. 3. §. 2. versi. est au tem necessaria talis confessio. b *Catholica.* Id est, vniuersalis, à, *catholicon*, græcè, quod latine vniuersale sonat. Guil liel. & Ioã. vank. in clem. vni. col. 1. de sum ma trinit. Vnde in fertur intellectus ad præ dictam clemen. quatenus dicit, catholicè. & ad cap. fides. ibi. in catholica didicimus. Verbum enim catholicè, id est vniuersaliter, exponendum est, hoc est, nullo certo loco, nulla regione, aut patria, nulla gente, natione, aut populo, nullo denique tempo re conclusa, aut circumscripita, sed generaliter extendens palmites suos in orbem vniuersum, in tempora quælibet, præ terita, præsentia, & futura secundum seriem successione nascendum, & descenditium continuata sub vno duce inuisibili Deo in vnitatem fidei, & religionis. Vnde in Actis Apostolorum ca. 10. Non est acceptio per sonarum apud Deum: sed in omni gente, & loco qui timet Dominum, acceptus est illi. Tradit Cyprian. in tracta. de simplici tate prælati. & Albert. Pigi. libr. 1. hierar chiae ecclesie. c. 1. Quare autem fides nostra catholica dicatur, exponit Archiepisc. 4. parti. titul. 6. cap. 2. §. secundo.

Fides exterior ob quatuor rationes est necessaria.

Catholica, id est, vniuersalis.

Fugiens ad corp^u Christi scindum vnam cõmunem op^{er}is gaudet immunitate ecclesie.

Lex prima.

a *Enseña y predica.* Concordat cap. 1. de sum. trinita. & l. 1. C. eod. titu. l. 1. titu. 1. lib. 1. foro leg. & pro ce mi. tit. 3. part. 1. Fides etiam vna est, & catholica, iuxta illud Aposto. ad Ephes. 4. Vnus Deus, vna fides. Decla rat Archiep. Florè. 4. par. titu. 8. ca. 2. §. 4. Vide infra super illud, *vn solo y verdadero Dios.*

Fides vna.

Lex. I. Como dene creer todo fiel Christiano en la sancta Fe Catholica.

ADDICION.

Esta ley se contiene en la ley 1. titu. 1. libr. 1. Recopil.

Ecclesia quæ dicitur.

b

Ecclesia quæ dicitur.

Fugiens ad corp^u Christi scindum vnam cõmunem op^{er}is gaudet immunitate ecclesie.

Semper enim illud est tale magis, ob quod vnum quodque tale est, veluti magis, id est dilectum at que amatum, ob quod amamus atque diligimus. ita Aristot. lib. 1. resolutionum posteriorum. capit. 2. ad fin. dixi in glo. 2. in l. 3. infra hoc titul. Soci. in tract. de cita

Enseña, y predica^a la sancta madre Iglesia^b, q^u fir memete crea, y simplemente cõfiese to do fiel Christiano^c re

tio. arti. 17. co lū. pen. quic quid dixerit Barba. in tra cta. de præstā tia Cardin. 1. parte. quæst. 9. num. 9. Vn de etiam infe ro, quod cle ricus, qui ad

tricenariā clausurā in ecclesia tenetur, no dicitur clausurā fragile, si exeat eucharistiam comitādo. *Fid Christiano.* Scilicet, non fictus. Iuxta illud Efa. 7. & Ierem. 5. Domine, oculi tui respiciunt fide. & Osee. 2. Sponsabo te mihi in fide. Quæ si præ cordijs nostris præcipua non hæret, quod remanet, non operabitur bonum, etiam si exteriori bo num videatur. S. Gregor. lib. 2. moralium. capi. 33. Quid enim nomen sine fide prodest, & sine operi bus? certe nihil: mortua enim est. Christianus ab ipso Christo dicitur, legemque Christi fideliter seruat: aliās Christianus nequaquam dici debet. Nomina nanq; rebus, de quibus prædicantur, cor respondeant oportet. I. cum multa. ibi, sancimus nomine prius emendato ita rem corrigi, & non ante nuptias donationem vocari, sed propter nuptias donationem. C. de donatio. ante nupt. §. tu tores. ibi, quasi tuitores. In sti. de tutel. l. 1. ff. de tu tor. cap. clericos. 21. distinet. c. cum secundum Apo stolum. de præb. c. si cupis. vbi gloff. l. 16. quæst. 1. tex. cum glo. l. in cap. clericus. 12. quæst. 1. cap. pu denda. 24. quæst. 1. text. cum gloff. verb. habemus. in authen. de defensor. ciui. in prin. colū. 3. §. est & aliud. In lit. de donat. c. ex literis. de conuer. in fide. c. forus. de verb. signi. Quod facit contra hypo critas, qui aliud exterius confitentur, aliud in cor degerunt: apparent enim hominibus humiles, in tas tamen superbiunt: extra honesti, intus immū di: extra compositi, intus dissoluti: extra mites, in tus furosi. Dicitur autem hypocritas ab *Hypocri tēin*, quod est simulare. Vnde de hypocritæ simula tores sunt, qui, vt ait Chrysoft. aliud sunt, & aliud ostentant. Ecclesiast. 1. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum. Deuterono. 22. Non in dues ve stem lana linoq; contexam. c. cum causam. 1. de electi. id est, ne aliud in trās sis, quàm foris ostentas. Aluarus Pelagi. de planctu ecclesie. lib. 2. arti. 78. Matthæi. etiam. 6. Nec immerito huic horrende

Christia dicitur absq; si ne leges si sequi & tenet

Nomine bent cor sponder bus de c bus pra cantur.

Hypocri taxantū multa r da cōtre notantū

pesti tantum imponimus crimen: sunt enim om-
nium haereticorum nocentissimi, qui se, cum ta-
men nihil minus sint, bonos simulant. Quare ab his
falsis prophetis, ut & ipse Seruator p̄monuit apud
Matth. c. 7. praecauendum attentius est. Paul.

generado por el Sa-
cramēto sctō del ba-
ptismo serun solo, ty
verdadero Dios^a, e-
terno, immenso, è in
cómutable, omnipo-
tēte, ineffable: Padre
è Hijo y Spiritu san-
cto tres personas, y
vna essencia, substan-

praeter Deum nostrum? Et iterum, Quoniam ma-
gnus est, & faciens mirabilia, tu es Deus solus.
Psal. 85. Et Sapient. 12. Nec enim est alius Deus
quam tu. & Esai. Ego dominus, & non est alius.
Pau. ad Corinth. 8. Scimus quod nullus est Deus

cia, o natura. El Pa-
dre innascible: el Hi-
jo del solo padre en-
gendrado: y el Spiri-
tu sancto spirado de
muy alta simplici-
dad, procediente y-
gualmēte del Padre
y del Hijo, en essen-
cia y iguales, en omni

nisi vnus: nā
& si qui di-
cantur dij, si-
ue in caelo, si
ue in terra, si-
quidem sunt
dij multi: no-
bis tamen v-
nus est Deus
pater, ex quo
omnia, & nos
in illo. Et ad
Galat. 4. ait,
Mediator v-
nius non est,
Deus autem
vnus est. Et
ad Ephes. 4.

Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus
Deus & pater omnium, qui super omnes, & per
omnia, & in omnibus nobis. Ad Roman. 4. Quo-
niam quidem vnus est Deus, qui iustificat. Habetur
etiam in simbolo Athanasij, Quicumque vult
haberi & Ioan. 10. dicente Christo, Ego & pater
vnum sumus. Augusti. lib. retractatio. c. 4. ad r.
asserit, quod pater, & filius, & spiritus sanctus v-
nus est Deus: nec tamen ipsum patrem esse qui
filius est, nec filium esse qui pater est, nec spiritum
sanctum qui pater aut filius: vna est patris, filij, &
spiritus sancti essentia, quam Graeci *ousias* dicunt,
in qua non est alius pater, alius filius, alius spiritus
sanctus. De hac summa, & excellentissima re ma-
gna cum modestia, & timore agendum est: atten-
tissimisque, ac deuotis auribus audiendum, vbi
sanctissimae trinitatis vnitas queritur: quia, ut scri-
bit Augusti. lib. 1. de trinitate. c. 7. nec periculosius
sibi erratur, nec laboriosius aliquid queritur,
nec fructuosius aliquid inuenitur. Magist. Sen-
tenti. lib. 7. dist. 2. in prin. quia per humanam ra-
tionem cognoscere nequimus. S. Tho. 1. part. q.
32. arti. 1. Firmiter igitur, & absque aliqua dubitatio-
ne hoc sanctissimum mysterium credendum est. c.
1. de summa. trini. vbi gl. inquit, Ordo fidei no-
strae probari non potest: ideo vbi ratio deficit, fides
supplet. c. illud est aliud, de consecr. dist. 3. Numerus
aut ternarius perfectissimus est, eo quod de trinitate p̄-
dicetur. Quod sentit Aristot. lib. 1. de celo & mun-
do. c. 1. dicens. Propterea quod ipsa tria omnia sunt, &
ter ipsum omni ex parte. Nā, ut Pythagorici etiam
inquiunt, ipsum omne, ac omnia, tribus sunt defini-
tissima

Aristote-
licum di-
ctum. in
signe ad
proban-

vrū
sint
idee,
anfit:
uod-
us, r.

vnus a
st.

dom my-
sterium
trinitatis.

ta: finis enim medium, atque principium ipsius
omnis numerum habent, haec autem trinitatis.
Quapropter hoc à natura numero sumpto, pe-
rinde atque quadam illius lege, & in Deorum fa-
crificijs celebrandis vti solemus.

Los articulos de
fidei sunt de-
cem & qua-
tuor, quoru
septem ad di-
uinitatem, se-
ptem ad hu-
manitatem chri-
sti pertinet.

S. Thom. 2. 2. q. 1. arti. 8. vers. respondeo dicendū.
& in 3. sentent. dist. 25. q. 1. artic. 2. & opuscul. 5. &
23. Duran. in 3. sent. dist. 25. q. 2. col. 2. vbi Gabr.
q. vni. Archiepiscopo Florenti. 4. parte titu. 11. c. 8.
Clauasi. in sum. verba ides. §. 5. l. 1. titu. 3. part. 1.
Sunt tamen alij, qui tantum duodecim ponant ar-
ticulos, vnum de tribus personis articulum consti-
tuentes, & articulum de opere glorificationis, sci-
licet, in carnis resurrectionem & gloriam animae:
& sic respectu diuinitatis constituunt sex articu-
los, sex etiam humanitatis, dum articulum in car-
nationis cum articulo diuinitatis coniungunt.
Sanctus Tho. 2. 2. quæst. 1. arti. 8. colligitur etiam
ex Apocalyp. capitul. 21. vbi etiam gloria ordina-
ria duodecim articulos constituit, qui ad duode-
cim lapides pretiosos reducuntur. Prima tamen
positio est communis, & melior. Cum enim ar-
ticulus sit veritas supra rationem existens: vbi di-
uersa de ratione sentiuntur, diuersi sunt articuli co-
stituti. De his late per Hostiē in sua sum. Rabri.
de summa Trini. §. quot & qui. Ioan. Andr. & Pa-
normi. in rubric. eod. titu. glo. in. c. cum Christus:
de haereti.

Articuli
fidei con-
uenienter
vtrū
in sym-
bolo de-
signen-
tur.

Occurrit tamē se nobis circa hoc dubiū, Vtrum
articuli fidei conuenienter in simbolo constituā-
tur? Respondeo, quod sic. Ioan. Turrecrema. in. c. sym-
bolum. nu. 1. de consecr. dist. 4. de hoc late, & ele-
gantēter disputat. Hoc tamē multiplici ratione. Ac-
cedentem etenim ad Deum, ut inquit Aposto. ad
Hebr. 11. oportet credere nemo autem, nisi ei ve-
ritas, quam credit, proponatur, credere potest. Cō-
ueniētē igitur veritas fidei in vnum fuit collecta,
vtfacilius cunctis proponeretur, ne quis per igno-
rantiam à fidei veritate deficeret. Ab huiusmodi etiā
collectione sententiarum fidei simbolo nomē in-
diti est. Alia in hac quaestione quam plurima per-
agit Alexā. Ales. in 3. causa symboli, quem refert
Turrecrema. vbi supra.

Aliud etiā se offert dubium, Vtrum praelati sup-
fraganeos, subditosque suos cōpellere possint Chri-

stianam doctrinam, articulosque fidei simpliciter
eos referendo scire? Respondeo, quod sic: non ete-
nim quis, si fidei articulos signoret, Christianus ve-
rè dici potest. Coget igitur praelatus ad in flar bo-
ni pastoris, qui suas oues, ne pereant, à feris dilige-
ti cura defen-
dit, subditos
suos in fide su-
cepta fideliter
perseuera-
re, vt subdito-
rum aeterna
lues vitetur.
Quod & of-
ficij, & fidei

los de la fe^a, que todo
fiel christiano deue
faber: los clerigos ex-
plicitamente, y por
estenso: los legos im-

zelo motus, specialiter operi mandare debet, vt
& fides catholica prosperetur, & haereticaprauitas
è sinibus fidelium extirpetur. clem. vt nostrum.
de haereti. Poterit etiam hoc praelatus sub aceri-
mis poenis efficacissimè beneficiatis, & vicecura-
tis, alijsque precipere. Nec mirum, siquidem sa-
lus spiritualis, qua omnium est pretiosissima, eū
etisq; totis viribus appetēda versatur. Huiusmodi
quaestio fuit ad Iudicem metropolitanum per viā
appellationis deducta contra præceptum Illustris
ac Reverendissimi episcopi Cauriensis, qui ratione
officij sibi commisi, animarum pietate motus, nō
minus sanctē, q̄ iustē id præceperat, securus Chri-
stum Matth. 15. & vt praebrat Carolina. Turrecrē.
in. c. schismatis. col. r. nu. 12. q. 7. dicens haereti-
cos ad fidē compellit a fortiori igitur & hī, qui nō
sunt: cum religionem Christianā profiteantur, quē
abet puris, & corde, & mēte coli. Sed pro dolor
omnes, vt inquit Psalmista, deuiāt à via veritatis,
inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonum, nō est
vfrq; ad vnum. Ideo scire recusant quā sunt neces-
saria ad salutem.

Vterius dubitatur, Vtrum omnes articulos fi-
Dubitatur de decisione talis quæstionis. Titius constituit & fundauit quandam capellaniam in ecclesia sancti Ysidori, donauitq; illam fructibus terrarum in illa parochia vel in alia sitarum. dubitatur vtrū fructus istius dotis sint curæ parochie illius in qua terræ sitæ sunt, decimandi? Videtur qd sic terræ enim, quæ aliā in potestate laici decimale tributū soluentis erant transeunt cum suo onere reali. c. pastoralis. & ibi gl. verb. uisi cum onere. de decim. gl. in c. si quis laicus. verb. in de abstrahere. 16. q. 1. c. cū non sit in homine. & ibi glof. fin. de decim. c. ex literis. de pignori. l. alienatio. ff. de cōtrahē. emptio. l. inter debitorem. ff. de pa. l. 1. 2. & 13. C. quib. mod. pign. taci. cōtrahatur. l. si debitor T. de distr. pigno.

Præterea mutatione personæ non mutatur qualitas seu onus coherens rei ratione sui, & non personæ. tex. memorandus in clem. vnica. ver. prioratus. de supplenda negligenti. prælato. probans conclusionem, nempe qd quotiescunq; superior propter inferioris negligentiā prouidet de beneficio vacante prouisus iure deuoluto tene seruare qualitates ipsius beneficii, ac prouidere eis personis, quibus eodem beneficii o priuatus tenebatur. Pro cuius confirmatione est addendus Barba. in c. venerabili. de offici. de leg. Fel. in c. cū accessissent. col. 7. nu. 18. de cōstitu. Corset. singul. verb. consiliū. Ex quo tex. singulariter deducit, qd licet p mutatione personæ mutet qualitas rei propter personā inherens. l. licitatio. §. fin. ff. de public. & veti gal. l. Paulus per procuratorē. ff. de acquir. hæred. c. vnico. §. fin. vbi gl. verb. feneestre. de iure patro. lib. 6. non tamen mutabitur qualitas inherens rei ratione sui ipsius. Cōfirmatur per gl. in clem. 1. verb. excolēdas. de decim. Cuius gl. sententiam se quūtur

quūtur domini de Rota. in antiq. decis. 875. incip. Papa concessit. vbi patet priuilegium reale de nō soluendis decimis extendi ad colonos: si tamē esset alicuius personæ contemplatione indultū, nō extendere tur ad colonos: quo vltimo casu loquitur tex. i. c. licet. de decim. Præterea onus decimarum ipsi rei est annexum, ita vt in quemlibet possessore transeat. Panor. in c. pastoralis. de decim. nu. 3. Socin. consil. 297. nu. 4. lib. 2. l. 4. tit. 20. part. 1. & l. 6. verfi. 7. *ann deuen.* eod. tit.

Est tamen circa hæc dubium, Vtrū consuetudo non soluēdi decimas iure curæ parochiali debitas, excuset debitorē à restitutione, præsertim data debitoris scientia qd sint debita? Circa quod videtur, qd cū iste talis sit debitor, non fit in statu salutis, dū decimas alteri debitas retinet. Nō enim dimittitur peccatū nisi restituatur ablatum. c. decimæ. 16. q. 1. vbi dicit Augustin. Decimæ etenim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Dicit etiam ibi gl. verb. in uadunt. Nota qd idē est iniuste detinere qd rapere. c. sæpe. de resti. spoli. ibi, Non multum interfit quo ad periculum animæ iniuste detinere, ac inuadere. vbi etiam est gl. verb. detinere. gl. etiam in cap. contra sanctorum. verbo. expellere. 16. q. 7. Facit tex. in l. quo naufragium. §. non solum. & ibi glo. verb. abstulit. ff. de incend. ruina. naufragi. Decimarum præterea detentio constituit hominem in animæ periculo. c. cū non sit in homine. ibi, & animarum periculis de decim. Confirmat. Non enim quis poenitentiam agit, dū debitor, cum potest, creditori non restituit. iuxta tex. in c. si res aliena. 14. q. 6. c. quia pleriq; de immuni. eccles. c. in literis de rapto. l. 5. tit. 19. parti. 1. & l. 5. tit. 20. ead. parti. c. peccatū, de reg. iur. lib. 6. Deci. consil. 272. nu. 6. & consil. 303. nu. 6. Inquit etiam apostol. ad Roman. 13. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorē, timorē: cui honorem, honorem: nemini quicquā debeatis. At decimæ præcepto sunt debita: quigigitur eas retinet, tanquā iniustus alienæ rei possessor, dum non restituit, in statu salutis nō est. capi. nam qui Deo. 16. q. 2.

Qui retinet præterea rem alienam inuito domino, deformatē furti cōmittit. c. dudum ecclesia Rothomagensis de elect. §. furtum. Inst. de obligatiōe. quæ ex delict. nascuntur. Morosus etiam in restitutione rei alienæ, dum in mora est, fur est. l. inter stipulantē. §. penult. ff. de verb. oblig. Ideoq; etiam ad leuissimum interesse in re restitutioni subiecta propter moram contingens tenebitur, etiam si in culpa non fuerit. c. vnico. de commodato. Palud. in 4. sentent. distin. 15. q. 2. art. 1. conclus. 5. Archiepiscopi. Florent. 1. parte. tit. 20. in declaratiōe regulæ. Peccatū. Tenebitur igitur ad æstimationē, si soluē

do sit secundū prædictos. quibus adde Syluestri. verb. furtum. q. 16. & verb. restitutio. 3. q. 9. & Ioan. Methym. in codice de restitut. q. 6. l. 17. tit. 20. parti. 1. Ratio autē colligitur ex tex. in l. cū res. §. ult. ff. de legat. 1. vbi Vlpianus ita scriptum suis verbis reliquit, Item si fund⁹ casmate perierit: Labeo ait vtiq; æstimationem nō deberi. quod ita verū est, si non post moram factam id euenerit: potuit enim eū acceptū legatarius vendere. Et ibi gl. vlt. gl. etiā in c. licet multū. verb. restitui. de resti. spoliat.

Præterea non restituens gabellam, seu aliud iustum tributum principi, in statu etiam damnationis est: facit enim contra Pauli sententiam ad Romanos. 13. suprà allatam. & contra illud Christi Matthæ. 17. & 22. Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, huiusmodi etenim impositiones per ius canonicū approbatæ sunt, tex. in c. super quibusdā. de verb. signi. & per totū tit. ff. de publica. & vetig. In qua ten. etiā gabellarū regis Hispaniæ. obligat igitur ad restitutionem in conscientia foro. Archiepiscopi. 2. part. tit. 13. ca. 8. cum plurimis alijs à me citatis in additio. ad Segur. de bonis lucrat. constan. matrimo. nu. 233. vbi hanc opinionem communem asserui: quam etiam nouissimē apptobāt Alphonf. Castren. de lege poenal. fol. 114. verfi. quarto ex huius capituli quarta cōclusionone. lib. 2. c. 2. vbi tenet poenam impostam à lege non soluētib⁹ seu de fraudantibus gabellam vel tributū non habere locū in foro animæ: quia est merè poena. gl. in c. fraternitatis. 12. q. 2. Cuius theoreticam dixit communem Ludou. Gome. in lectur. §. ex maleficijs. nu. 14. In sti. de actiōe. Et est singul. secundū Segur. vbi ad eius comprobationē quam plurimos doctores eam singularem & cōmunem proficētes adduxi. in repe. l. filius dum in ciuitate. nu. 15. ff. de verb. obligatio. quanquam Castren. dist. lib. 2. de potest. legis poenal. c. 9. fol. 174. nescio quid in contrarium velle sentire videatur. Quod ita verū est, vt cū primū possit, debeat fieri restitutio. Gabrie. in 4. sentent. distin. 15. q. 2. art. 2. cōclusio. 2. S. Thom. 2. 2. q. 66. arti. 8. & in 4. sentent. distin. 17. q. 3. artic. 1. ad 3. argum. 4. quæstionis: vbi sic ait, Ad tertium dicendum. qd retentio rei alienæ inuito domino contrariatur præcepto negatiōe, quod obligat semper & ad semper. & ideo tenetur statim ad reddendum. Duran. in 4. sentent. distin. 15. q. 11. Marti. Nauar. in repe. c. nouit. nu. 77. notabil. 6. de iudic.

Decimæ præterea debentur ecclesiasticis personis ratione laboris: restitutiois igitur dilatio infert differenti peccatū, iuxta illud Leuiti. 16. Nō morabitur opus mercenarij apud te vsq; mane. Tēpore autē solutiōis debent decimæ ad horrea clericorū & ecclesiarū deferri: nec sunt ab eorū nuntijs in agris colligendæ. tex. cū gl. verb. horrea. in c. reuertimini. 16. q. 1. Probatur etiā Eccl. ro. Barthol. Ce-

pol. in lib. de seruit. vrb. præd. c. 72. Anchar. & Ioan. Andr. in c. ex parte. 2. de decim. vbi Panor. nu. 5. dicit istam communẽ. Probatur etiã. Nam debitor tenetur ire in domum creditoris ad debiti solutionem faciendam. gl. & Bart. in l. item illa. ff. de constitu. pecu. Panor. in c. fin. de præscript. nu. 14. & in c. significante. nu. 9. de pigno. vbi Anchar. nu. 1. col. 2. vers. Secundo nota.

Mis̄is tamen quibuscuq; opinionibus, teneas consuetudinem diocesis, in qua decimã colliguntur, secundum Hofst. in sum. de decim. §. fin. vers. sexto decimo quarto. Cardi. in dict. c. ex parte. argum. tex. in c. in quibusdam. de decim. vbi cõsuetudo in solutione decimarum consideratur. & cõsuetudo facit ius. c. fin. de consuet. gl. in c. cum dilectus. de fide instrum. verb. approbata.

Nec etiã laici propter consuetudinem nõ soluendi excusantur à peccato. Panor. & Doctor. in c. ad apostolicã. n. 3. de decim. vbi dicit, Et ex hoc & ex textu quod in solutione decimarum attendenda est consuetudo. Quod tamen limitant Doctores respectu ecclesiarum. Valet enim cõsuetudo, vt quod ab vna auferitur, alteri tribuatur: non enim multum interest illane an hæc decimas habeat: sed interest quo ad laicos, non enim valet eorum consuetudo quo ad retentionem secundum Doctores in dict. c. ad apostolicã. de decim. Facit gl. 2. in c. cum homines. eo. tit.

Præterea consuetudo non soluendi rem subiectam restitutioni non eximit iniustum detentorẽ à peccato. c. fin. de præscrip. reg. possess. de regul. lib. 6. Probatur Andr. Hispan. in reg. decimarum. q. 7. Ex ista nanq; consuetudine nota & iam inuenterata non soluendi decimas, si maximè & irremissibile inducitur peccatum, quod contra spiritum sanctum dicitur, vt patet Matth. 12. Qui peccauerit in spiritum sanctum non remittetur ei neque hic neq; in futuro. De quo latè agit Magist. in 2. sent. dist. 43. c. 1. Sed omnis homo scit vel scire debet ad paria eum iudicantur) præceptum de decimis & primitiis soluendis, iuxta illud Exod. 22. Primitias terræ frugũ deferens in domum Dei tui. Vtq; iam latè probatum est. In mala ergo est fide qui rẽ quam ad alium scit pertinere, detinet. l. fin. C. vnde vi. c. cum non sit. vbi Anchar. nu. 3. de decim.

Præterea cõsuetudo contra canones est irritabilis, abusus, & corruptela. c. fin. de consuetudi. clem. cum secundum. vbi Cardin. col. 1. de poeni. & remiss. c. cum haberet. ibi. Et diuturnitas temporis peccatũ nõ minuat, sed auget. de eo qui dux. in matrim. quam polluit. per adult. c. non debet. de cons. & affin. l. 5. tit. 2. parti. 1. Nam si primus actus non soluendi est peccatum, erit & secundus: nõ cõsuetudo non mutat speciem peccati. vt docet Alphons. Castren. lib. 1. de potesta. legis poenali. c. 53. §.

sextum documentum. Clarius in libr. 2. c. 12. §. ex hac eadem ratione. Facit doctrina Cardina. in procmi. clem. §. vniuersitati. post Matth. ibi declarata. Si igitur iste scit se debere decimas, nec tamen soluit, in peccato est: ac nullo temporis cursu à restitutione liberabitur. secundum Andr. Hispan. q. 9. in dict. reg. decimarum. quanquam nullum profua validum adduxerit opinione fundamentum. Idem tenet ipse in q. 14. nu. 8. dicens decimam necessariam debitum esse, ad solutionem cuius quis tenetur.

Hinc est posse decimas iniuste malaq; fide retẽtas ab eis, quibus debita fuerat tẽpore præterito, peti. c. pastoralis. & c. in quibusdam. de decim. Panor. in dict. c. pastoralis. nu. 5. Rau. in c. tua. fol. 59. in compedio iuris canonici. de decim. quæ decimæ sunt in dominio ecclesiæ, secundum tex. & ibi Panor. nu. 5. in dict. c. tua. & Rau. fol. citato. 59. col. 1. de decim. Probatur Anto. Capici. decisio. Neapoli. 20. nu. 26. facit tex. cum sua gl. in cap. præter hoc. §. præcipientes. 2. distin. ibi. Deinde vt decimæ & primitiæ seu oblationes viuorum & mortuorum. & c. Nec sunt tales decimarum retentores antè ab soluendi, quam solutione satisfecerint. secundum Andr. Hispan. dict. regul. decimarum. q. 15. notabil. r.

Quod & in soluente minus perfecte procedit, quia sunt integrè decimæ soluendæ: qui autem diminutè soluit, peccat, secundum Panor. per text. ibi in c. in quibusdam. nu. 4. de decim. tex. 7. c. quicunque. 16. q. 7. Vbi Ambros. in sermone quadragesimæ ait, Quicumque recognouerit in se qd fideliter non dederit decimas suas, modò emendet quod minus fecit. Ratio patet: quia iniuste facit detrahẽdo debitum alterius. text. in §. iuris præcepta. ibi, ius suum cuique tribuere. Insti. de iusti. & iure.

Hinc est qd vendens rem scienti rei valorem vltra metas iusti pretij, dum modò cesset animus donandi pretij excessum ex parte soluẽtis, ad restitutionẽ tenetur. cessat enim æquẽ libris iustitia, quæ sit in contractibus oportet. Istam sententiã tenet Caieta. in quodlibet. 17. q. responsio. 12. Conrad. in tract. de contractu. q. 57. Couar. in lib. 2. varia. resolu. c. 4. nu. 11. §. superest casus non omnino facilis: quia donationis præsumptio non in dubio abest. l. cum de indebito. ff. de probato. Bal. in l. genera liter. col. 3. C. non num. pecu. Est igitur rei alienæ vsurpatio inuito domino. Ita ergo dicẽdum est in solutione decimarum facta modo à nobis explicato.

Esse tamen istam sententiã limitatam credere casu, quo decimas prædialium, vt moris est, prælati nõ exigunt tempore consueto. Eo nanq; lapsa, cessat decimarum exactio: censetur enim facta remissio: nec peccant, si à prælati decimæ nõ petuntur, eas non soluẽtes: aliàs secus. Archidia. in cap. 1.

c. 1. nu. 2. de excepti. lib. 6. Rota antiqua. decisio. 25. Feli. in c. si autem. col. 3. de referip. Quod reputat singulare & perpetuò notandum Francis. Balb. in tract. præscrip. in 1. parte. §. principalis. q. 7. nu. 12. Adria. in quodlibet. §. art. 1. §. Secundo videndum est. fol. 92. Archi. dictum etiam refert Grego. Lopez. in l. 17. in gl. 1. tit. 20. par. 1. Anto. Marc. Natta. consil. 136. col. in lib. 1. Nec obstat quod supra probatum est: nempe decimas esse ad horrea clericorum deferendas. Debet enim, si petantur, intelligi. Nec sunt, & si petantur, deferendæ, secundum Balb. & Adria. post alios locis præciatis. Confir-matur ex sententia Diui Thom. 2. 2. q. 67. art. 1. ad 5. dicentis, non soluẽtes decimam in locis, vbi est consuetudo non petendi, non esse in statu damnationis: hoc tamen adiecto, quod fiat parati, si petatur, soluere. Idem quodlibet. 6. artic. 10. incipi. his equidem. Idem est si ministri ecclesiæ decimas nõ requirant, vbi sine scandalo requiri non possent propter defuetudinem, aliquamve aliam causam. Nec sunt in statu damnationis non soluẽtes in locis, in quibus ecclesiæ non petit: nisi fortè non soluẽs esset ita oblinatus animo, vt etiam si petantur, se non solumurum proponeret. Archiepisc. Floren. 2. parte. capi. 3. §. sexto. Syluest. verb. decima. quæst. 4. Honcal. in tract. de decimis. proposi. 5. Non soluendi tamen cõsuetudo præscripta debet & immemorialis esse, vt ex Diuo Thom. quodlibet. 2. artic. 8. colligitur: & ex Honcal. loco præallegato. & Couarr. libr. primo. Varia. resolut. cap. 17. num. 12. In hac enim materia necesse est de præscripta consuetudine intelligatur. gloss. in cap. cum sint homines. de decim. cui est simil. in cap. in quibusdam. in glo. vltim. eodem titulo. Nec video quo titulo, præterquam in casibus supra dictis, possit quis à solutione decimarum, earumque restitutione se eximere: cum sint malæ fidei possessores: & clerici nõ exigant propter malitiam populi vitandam. Reportare enim ex proprio peccato commodum, quod minimè concedendum est. Secus tamen est in clericis, qui omnino possunt in decimis soluendis excusari præscriptione seu perfecta consuetudine siue de persona libus loquamur, siue de realibus, siue prædialibus. glo. in capit. in quibusdam. §. fina. de decim. facit glo. in capit. quia cognouimus. no. q. 3. Felin. in capit. causam quæ. de præscriptio. col. 1. Balb. de præscrip. 1. parte. 5. principal. q. 7. nu. 3. qui aperte probant, clericos, etiam si non sint ecclesiarum rectores, consuetudine vel præscriptione posse à solutione decimarum personalium, & prædialium etiam ratione rerum patrimonialium in alia parochia existentium excimi.

Item etiam communis est opinio decimas esse soluendas ab ecclesijs, quarum prædia intra limi-

tes alterius parochiæ sita sunt, sicutq; illi soluendæ parochiæ, in cuius terminis prædia sunt. Nec refert vtrum ea prædia dotalia sint, nec ne: vt notat Panor. in nu. 6. col. 3. & alij in c. nouum genus. de decim. Cardi. consil. 88. qui eleganter loquitur. gl. & Panor. nu. 4. & Henri. & communis. in c. sanctum est. de decim. Panor. in c. nuper. col. 1. 2. notabil. r. per tex. ibi. de decim. Bald. nouel. de dote. 1. parte num. 8. col. 2. Ratio: quia cum in iure nullibi constet antiquam ecclesiam ob ecclesiæ nouæ constructionem debere priuari suis decimis, non oportet nos interpretatione magistrorum generale iuris dispositione alterare: imò in iure cauetur oppositum. in c. ecclesiæ. & c. quicumq;. 16. q. 1.

Poterit tamen aut consuetudine, aut præscriptione immunitas à solutione decimarum obtineri, vt in plerisq; locis bona capellaniarum (quod aspi-simè audiui) sunt à decimæ solutione immunita. Quod fieri potest ex opinione gl. in c. nouum genus. de decim. & ex mète. S. Thom. 2. 2. q. 87. arti. 4. & ex autoritatibus supra allatis in vers. Est tamẽ dubiũ quæ personæ soluere decimas teneantur.

Ex prædictis igitur constat prædium ecclesiæ, seu capellanæ, siue oratorio in dotem assignatũ, esse decimarum exactio subiectum: nisi consuetudo vel præscriptio sit in oppositum: & hoc etiã quoad totam decimarum portionem. Domini. in c. 2. §. penul. de decim. lib. 6. Probatur in c. quæ rta. de præscrip. & in c. accedẽtib. & ibi Panor. de priuileg. gl. singul. in c. 1. verb. accefferit. de statu monac. dicens. quartam oblationum ac decimarum episcopi in totum posse consuetudine vel præscriptione tolli. Quam gl. sententiã ordinariam dixit & verissimam Panor. in c. requisisti col. 4. nu. 18. post Cardin. ibi, de testam. Barb. in c. si. de testam. Estq; communis opinio secundum Panor. consil. 3. nu. 3. vers. venio ad tertium. libr. 1. Circa quæ plura alia subdam in l. 3. in gl. 1.

Ex quibus infertur quod vbi est cõsuetudo nõ soluendi decimas ex prædictis datis in dotem ecclesiæ seu Capellis: et si non sit præscriptio completa per tempus requisitum ad exceptionem earum: erit nihilominus in conscientia tutus non soluẽs decimas temporis præteriti non petitas, donec fuerit condemnatus. ex sententia Archidia. Adrian. & aliorum supra citatorum: quibus est addendus Guido pap. decisio 283. nu. 2. & Panor. in cap. in quibusdam. col. si. de decim. qui etiam Diui Thomæ opinionem sequuntur. Nec dubito casu proposito prædicti possessores capellarum & oratoriorum esse immunes: eo qd antea prædictæ decimæ nunquam fuerunt soluta: ecclesiæ ex prædictis destinatis capellis & oratorijs.

Nec opinio sancti Doctoris suffragat decimas ante

ante cursum legitima praescriptionis soluere non lenibus: quod in personis ecclesiasticis, quod praescribendum sunt capaces, intellige: laici enim, cum in capaces sint, non poterunt ullo temporis cursu hac a solutione decimarum exceptionem consequi: irrationalis enim est & onerosa ecclesiis talis praescriptio. Insuper est etiam contra ius diuinum, ut late probatum est supra in .§. Est tamen circa haec dubium, verum consuetudo non soluendi decimas.

Probatur etiam per regulam quod decimae sint ministeria sacramentorum soluenda, consuetudo tamen quod non soluuntur est contra substantiam regulam, ac per consequens iniusta & inualida. argui. gl. verb. officiali. in. c. non putamus. de consuetu. lib. 6. cum late concessis ab Aymo. Crauet. consil. 96. nu. 2. lib. 1. Praedicta igitur consuetudo tanquam irrationalis non eximit quening praesertim laicum, a solutione decimarum. Praeterea etiam ex simplici tolerantia non inducitur contra debitum iuris consuetudo, c. cum iam dudum. de praeben. ibi, cum multa per patientiam tolleretur, quae si deducta fuerint in iudicio, exigente iustitia, non debeant tolerari. Aymo. consil. 96. nu. 7. & c. 6. lib. 2. nu. 3. lib. 1. Si igitur propter visitandum scandalum soluere decimas nolentium, clerici cessant a petitione earum, non esset praesumptio menda remissio, nec debitorum a restitutione liberarentur: cum sit irrationalis talis consuetudo, ut colligitur ex tex. & ibi Aret. in. c. ad nostram. nu. me. 6. de probatio. nec iuuat vt patet in. c. non satis. de simoni. & in cap. sequenti.

Est tamen circa praedicta non incommodum dubium, quanto tempore inducatur consuetudo non soluendi decimas? Cui ego responderem, quadraginta annis induci: etiam si iuris praesumptio sit contra monasterium vel ecclesiam tollentem decimam contra parochoalem, vel praetendentem a solutione decimarum exceptionem: ut sunt, exempli gratia, clerici habentes in aliena parochia praedia. In ecclesiasticis etenim rebus inducitur consuetudo lapsu quadraginta annorum: quanquam si de praescriptione agatur, diuturnius requiratur tempus. Antoni. in cap. fin. num. 39. de consuetu. cum alijs citatis a Ludou. Gozadin. consil. 101. nu. 25. verific. vnde decimo & si de iure canonico. Felin. in capit. ad audientiam. nu. 26. de praescript.

Quam etiam parte in specie firmat Paul. Paris. consil. 25. nu. 6. & 27. lib. 4. Constat enim in multis consuetudinem a praescriptione differre, ut docet glo. in cap. cum tanto. de consuetu. Balb. de praescriptio. 1. parte princip. q. 10. post Hostiense. in sum. de consuetu. §. fin. verific. extra summam glo. in cap. pi. seruitum. 18. q. 2. Rebuff. de decim. q. 13. nu. 45.

Praeterea ad inducendam hanc consuetudinem non requiritur bona fides seu titulus, aduersus quem est iuris communis praesumptio, ex mente gl. Pa-

nor. & Curtij. in. c. fin. fol. paruo. 44. de consuetu. Francil. Balb. de praescriptio. 1. parte principal. q. 10. nu. 7. Alexan. consil. 6. lib. 1. Philip. Deci. consil. 124. col. 3. nu. 5. Ange. & La. nu. 49. in. l. de quibus. ff. de legib. Archidia. num. 1. col. 2. Domini. & Philipp. Franc. col. 4. nu. 12. in. c. 1. de praescrip. lib. 6. Ius autem, quod titulum & bonam fidem cum cursu. 40. annorum, & sic temporis immemorialis, ut est casus in dict. c. requirit, in praescriptione, non autem in consuetudine loquitur secundum Deci. & alios locis praecitatis.

Ex quibus infero non bene dixisse Fulgos. consil. 166. Balb. de praescrip. 1. parte. §. principalis. q. 14. Socinum. consil. 297. nu. 2. lib. 2. & alios, qui in hoc tempus esse necessarium, cuius initij memoria in contrariam non existat, asseruerunt.

Est & aliud dubium, Verum valeat consuetudo, quae viget in aliquibus regionibus, nempe ne decimae soluatur ex certis fructibus in parte vel in totum, ut ex feno, oleo, alijsq; id genus: dumtamen ex alijs superstitis sacerdotibus succiessit fustitatio? Paul. Castren. consil. 27. lib. 2. tenet quod sic: est enim ad praecipuum de soluendis decimis quaedam interpretatio a consuetudine inducta: tantum enim valet consuetudo circa interpretationem iuris diuini, quantum lex. Panor. & Felin. in cap. quae in ecclesiastice. de consil. Ioan. Lecrier in tract. de primogenitura. lib. 1. q. 3. num. 15.

Praeterea Romanus pontifex potest in totum expresse quibusdam laicis immunitatem & exceptionem a solutione decimarum concedere. glof. notabil. in ca. a nobis. verb. exemptus. de decim. singul. secundum Panor. nu. 4. quam etiam sequitur ibi Hostien. Ioan. Andr. Card. & alij. & Philip. pus Deci. in. c. cum ordinem de rescript. & in consil. 13. col. 2. nu. 3. Socin. consil. 297. lib. 2. Aymo. Crauet. consil. 21. nu. 2. Ioan. de Selua. in lib. de beneficio. 2. parte. q. 1. nu. 24. & 3. parte. q. 8. nu. 10. Declarat Ioan. Lup. Decanus Segonienis, de liberta. ecclesiae. parte. q. 3. Quod tamen debet Romanus Pontifex concedere cum causa: aliter enim non esset dispensatio, sed dissipatio: nec dispensans, nec dispensatus esset in foro conscientiae tutus. Syluest. verb. decima. q. 5. Facit tex. a ratione cessante in. c. sane. de priuilegijs. ibi, Certa ratione inspecta. Igitur & per consuetudinem id declarari & interpretari poterit, siquidem consuetudo est optima legum interpret. glo. in. c. in causis. de testib. tex. in. c. cum dilectus. de consuetu. l. 6. tit. 2. parti. 1.

Vt etiam queri potest, Verum petenti decimam obstat exceptio compensationis? Respondendum est, quod non: sed est executio statim facienda. Ita tenet Panor. post Doctores in. c. tua vobis. col. 3. nu. 10. de decim. reputas id notabile. est etiam gl. in verb. tributa. in. c. decima. 16. q. 1. singula. secundum

cum dum Ludou. Roma. singul. 254. incipien. An sit locus compensationi. Diaac. del Castillo. in. l. 64. Tauri. fol. 19. 2. col. 1. verific. Adde fallit in causa?

Succesius quibidem turbae tritici vel vini, utrum sit raticus, soluta iam decima de decem? tenent etiam de quiaque remanentibus soluere? Glo. in cap. quadragesima. verb. dies. ad finem. & verb. anni. de consecr. dist. 4. §. determinat quod non. Probatur: Nam nomen decimae non habet locum in quinque, ergo nec praecipuum decimae, cui etenim competant verba legis, debet & eius dispositio competere. l. 4. §. quoties. ff. de damnis infecto. l. 7. §. si ager. ff. si ager vestigijs. vel emphyteij. peta. late Hippoly. in. l. qui falsam. nume. 56. ff. de falsis. ¶ Confirmatur ex iudicio Bart. in. l. ita autem. in. prin. ff. de admin. tutor. Vbi inquit stante lege, qua dantur vt nomino gabellae soluatur tot pro libra denarij: si tamen illud, super quo contrahtitur, vel quod colligitur, non ascendit libram, nullam ex eo debetur gabellam. Idem Bartol. in. l. 4. §. pretor ait. colum. fina. nume. 26. ff. de dam. in fact. Cui etiam assentiunt ibi Angel. Imol. Paul. & Alexan. & Barbain. clemens. num. 46. de rescript. Ex qua doctrina declaratur lex. 2. in quater. gabellarum. ibi, de cada diez maravedis vno.

Venit tamen in dubium, de quibus sint decimae soluendae rebus? Respondendum quod de omnibus siue ex praedio siue, siue ex personali industria quaesita, siue ex personis & praedij mixtum. Probatur in. c. ex transmissa. de decim. vbi Coelestinus tertius ait, Fidelis homo de omnibus, quae licite potest acquirere, decimas erogare tenet. Facit & illud, Honorabilis Deum tuum de tuis iustis laboribus. Pro uerb. 3. c. non est putanda. l. q. 1. glof. in. c. decimae. 16. q. 1. & Genes. 28. in fin. Cunctorum, quae dederis mihi, decimas offeram tibi. Atqui totum dicit, nihil excludit. c. solita. de maio. & obedi. Per quam etiam auctoritatem sacrae paginae idem firmat Diuus Thom. 2. 2. q. 87. arti. 2. Florenti. 2. parte. tit. 4. c. 3. §. 3. col. 2. Hostien. in sum. huius tituli. §. de quibus. qui plura ad hoc allegat & declarat iura. gl. per tex. ibi in dicto. c. decimae. 16. q. 1. Andre. Hispan. in regul. decimarum. q. 10.

Ex qua theoricam inferitur deberi decimas omnium fructuum ex praedij percipientium, etiam non deductis expensis. c. cum homines. & cap. non est in potestate. & ca. tua nos. de decim. & ibi Bernard. Idem Bernar. in cap. pastoralis. eodem titulo. Matthae. de Afflict. in constitut. Neapolita. & regni Sicilia. lib. 1. rubr. 7. num. 49. Anto. Capici. in decision. Neapolita. decisio. 20. vbi optime loquitur. Socin. in. l. fructus. colum. prima. ff. solu. matrimo. Andr. Tiraquel. de vtroque retract. lib. 1. §.

titul. de retractu lignagior. §. 15. gl. 1. vbi plura more solito huic rei comoda congerit in vnum. Est etiam l. 13. cum sequenti. tit. 20. parti. 1. In decima itaque reali non deducuntur sumptus, sed de aceruo frugum est statim fructibus collectis soluenda. Hostien. eodem titulo. §. & qualiter. S. Thom. 2. 2. quaestione. 87. artic. 2. ad. 4.

Subinfertur etiam omnem hominem soluere decimas personales teneri, doctor ex suo stipendio aduocatus ex patrocinio, mercenarius ex mercede. gl. in. c. decimae. 16. q. 1. Ac similiter de omni officio secundum praedictam gl. Ex decima tamen personali quaeritur ex aliqua negotiatione seu artificio, primo loco deducuntur expensis, secundum gl. in. c. non est. de decim. per tex. in. c. pastoralis. eodem titulo. & ibi Innocen. & alij. Socin. in. d. l. fructus. Baldus. de fructib. & liti. expel. col. 1. glo. in. l. si a patre vel a domino. §. fructus. verb. de ductis expensis. ad petitionem. h. arti. & ibi Ang. Bald. & Alberic. Facit. l. 15. tit. 20. parti. 1. Sunt & aliqui doctores quid alio modo in decimis praedialibus limitent, nempe in debita parte. vt est gl. verb. taxationem. in clemens. si beneficium. de decim. Adde Anton. in cap. cum homines. de decim. Aretin. in dict. l. fructus. colum. 3. ff. solu. matrimo. ¶ Quare etiam fit ne de lucro iniusto decimae soluenda? Videtur quod non. Nam de male acquisitis elemosyna non est facienda, in tra illud, Honorabilis dominum Deum tuum de tuis iustis laboribus. Diuus Augustinus. in libri. de verbis Domini. Sanctus Thom. 2. 2. q. 3. artic. septimus. De iustis laboribus facite elemosynas: non enim corrupturi estis in dicens Christum, ut non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis: nolite velle elemosynas facere de fenore & vsuris. capit. nolite. 14. quae sit. 5. text. in cap. ex transmissa. ibi, quae licite potest vbi gloss. de decim. l. 17. ibi, que gaudent con derecho. tit. 20. parti. prima. Cum igitur decimae egentium sint tributa animarum. capit. decimae. 16. quae sit. prima. capit. tua vobis. de decim. de illicito acquisitis non sunt danda.

Circa haec tamen dicendum dupliciter quid male acquisitum dici. Altero modo quia acquisitio est in se iniusta: puta quia facta per furtum, rapinam, aut vsuram: quae casu bona acquisita restitutioni subiacent: non tamen prohibetur de eis elemosynam seu decimas dare. Si tamen aliquis ager sit emptus de vsuris, tenebitur vsurarius decimas de fructibus dare: non enim illi fructus sunt ex vsura, sed Dei munere. Sanctus Thom. 2. 2. q. 87. articulo. 2. ad. 2. Facit quare ipsa transitum suum onere decimarum. cap. cum non sit in homine. & c. pastoralis. de decim. l. 26. tit. 20. parti. 1. Cum igitur ratione praedij soluatur huiusmodi decimae, merito etiam & luda ad earum solutionem compelluntur,

pelluntur. c. de reris. de decim. Ideo etiam petuntur decimæ à conductore, seu locatore. c. à nobis. eod. titulo. Sicutiam à nudo possessore. Quod inquam. ne ex verbis. S. Thom. argumentum potest fieri ex istis. quod in usufructu dominium in usufructum transeat. ibi. tamen si aliquis ager. &c. in dicto articulo. 2. De qua questione agit ipse in. 2. q. 7. §. articulo. 3. & in opuscul. 73. cap. 5. fol. 325. vbi probat dominium usufructu in usufructum minime transferri. tenet Alexand. Alen. 3. parte. questione. 36. quaestio. 66. membro. 3. & 4. Conradus de contrahentibus. libr. 1. quaest. 15. versu. Corollarium tertie & quartæ conclusionis. & quaest. 23. versu. ad decimam tertiam. & quaest. 69. versu. quarta suppositio. Angel. Clauel. verb. usufructus. num. 8. tenet Ioan. Methym. in. 2. sentent. in codice de restitutione. vbi agit de iura. §. in tertio argumento. fol. miji. 148. Et est verior secundum Gabrielem. distinctio. 15. in dicto. 4. sentent. notabi. 3. Et est communis theologorum & canonicorum secundum Sylvestrum. verb. usufructus. 6. q. 1. quoniam contraria dixerit communiorum Archiep. 2. parte. tit. 1. c. 8. §. 17. dicens. transferri de mini in usufructum. quamuis comperat repetitio. & Adrianus in. 4. sentent. §. ex his aliis oritur quaest. fol. 59. vbi refert sanctum Thomam in. 4. dist. 15. q. 2. art. 2. qui tamen ei minime suffragatur: loquitur enim Sanctus Doctor secundum opinionem aliorum. quam ipse non approbat. Citat etiam Gandau. quod libe. 4. q. 27. Addendus etiam ad hoc est Collectar. in. c. cum sit. col. 2. nu. ii. versu. Sed nunquid dominium usufructum de iuris.

Hanc tamen ipse opinionem vitimo loco citatarum intelligere peccare in rebus suapte natura vsu consumptibilibus: qualia sunt triticum. vinum. pecunia. atque alia res id genus in pondere. numero. & mensura consistentes. que recipiunt in suo genere functione. l. 2. §. 1. ff. si cert. peta. in istis etenim dominium transfertur. si permilla & commissa sint. l. nam & si fur. ff. si cert. peta. l. si alieni. ff. de solutio. Secus tamen est in rebus immobilibus non consumptibilibus modo supra dicto: obligatus enim ex delicto ad rem aliquam restituendum. non est dominus. l. siue manifestus. ff. de conditio. furti. que lex in fure loquitur. At usufructus improbius est iure. Conrad. de contract. libr. 2. q. 48. col. 6. in quo casu loquitur sanctus Thomas. vel si ex pecunia conquisita iuris ementis sit emptum: non tamen restitui data ratione iura.

Ad tertio modo res male acquisita dicuntur. si ex turpicula. sicut ex meretricio. histrionatu. atque alio id genus acquiruntur. in quibus dominium acquiritur. nec restitutioni subiacent. De quibus dicitur solvere decimas in modum aliarum personarum decimarum tenetur: Ecclesia tamen eas recipere non debet. quando in peccato solutur fuerint.

Ante peccatis eorum communicare videatur. Sed postquam eos iam poeniterit. poterit & decimæ percipi. Ita S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. Estque de mente eiusdem. 2. 2. q. 33. articulo 7. ad 2. glo. in sum. 14. quaestio. 5.

Confirmatur ex sententia gl. in. c. ex transmissa. de decim. que notabilis est secundum Panor. ibi. nu. 3. quam etiam sequitur Hostien. Dicitur etiam notabilem Io. Andr. Cardin. Anchar. & Rauenna. ac eam ibi sequitur. Que semper allegatur ad id. ne peccati & quando de illicitis acquisitis sit solvenda decima. vel fieri possit elemosina. Præposit. Alexand. in rub. de dona. inter vir. & vxor. nu. 2. Io. Lup. in repe. rubr. eiusdem titu. §. 4. q. 3. nu. 16. & Guid. Papa. in. l. cum te. c. de conditio. ob turp. causam. ordinaria secunda Ias. in. l. 4. §. sed quod me retrici. nu. 1. ff. de conditio. ob turp. causam. Matthe. de Afflict. in constitutioni. Neapol. libr. i. rub. 7. nu. 17. Hostien. in sum. de decim. §. de quibus rebus. optima. l. 12. titu. 20. parti. 1.

Quæ omnia sunt & de personalibus. & de rebus atque de prædialibus decimas intelligenda. ut scilicet. quibus possessor eas secundum prædictos doctores. & l. 12. titu. 20. parti. 1. solvere teneatur.

His sic de decimis prælibatis. discutiemus etiam materiam primitiarum. quæ iuris sunt diuini. ut iam supra ostendit. cum decimas esse iuris diuini probauimus. Facit illud Exodus. 13. data lege primogenitorum. & infra. Erit quasi signum in manu tua. Et Deuteronomo. 26. Tollas de cunctis frugibus tuis primitias. Facit text. in. c. decimas. §. oportet. 16. q. 7. vbi habetur. Oportet decimas & primitias. quæ iure sacerdotum esse sancimus. gl. per text. ibi. verb. primitias. in. c. 13. q. 1. text. in. c. reuertimini. 16. q. 1. S. Thom. 2. 2. q. 86. articulo. 4. Hostien. in sum. de decim. §. fin. versu. Septimodecimo quero. c. præter hoc. 33. distin. text. in cap. 1. de decim. l. 1. & 2. titu. 19. parti. 1.

Primitiæ etiam sicut & decimæ parochæ de iure debentur. text. in. c. doctos. & c. mōderamine. 16. q. 1. Hostien. in loco proxime citato. l. 5. tit. 19. parti. 1. vbi habetur posse primitiarum debitum solvere recusantem. sicut & decimas negantem. per censuram ecclesiasticam compelli. Facit text. cũ glo. verb. separantur. in ca. præter hoc. 33. distin. qui probat posse non soluentes decimas excommunicari.

Est tamen quaestio. Vtrum sit certa quota primitiarum? Dic qd no. c. 1. de decim. Hostien. & Thom. locis præallegatis. l. 3. titu. 19. parti. 1. At in hoc consuetudini standum est. quæ dubiorum est interpretis optima. l. diuina. & l. cum de consuetudine. & l. si de interpretatio. ff. de legib. c. cũ dilect. de consuetu. text. cũ gl. in. l. 4. tit. 19. parti. 1. quam Hostien. in d. §. vltim. ad fin. standum esse dicto Hieronymi dixerit. Quod autem consuetudini

dini stetur. probatur ex Anchar. nu. ii. in. c. certificari. de sepulturis. Maxime quia interpretatio magistrorum in primitiis dandis aduertitur. c. 1. & ibi gl. de decim. Sed consueto de maioris virtutis. cũ sit lex à fortiori iugur consuetudini statuitur. Confirmatur vltius. Nam vbi à lege non est pena imponenda pro delicto sancita. relinquatur arbitrio iudicis. c. de causis. §. si de officio deleg. l. 1. §. expilatores. ff. effracto. & expilato. ibi. Quibus nulla specialis pena re scriptis imposita est: idcirco causa cognita liberum erit arbitrium statuendi ei. qui cognoscit. At vbi iam pena est à consuetudine declarata. cessat arbitrium iudicis: eritque pena consuetudinis. non arbitraria imponenda. l. si quis reum. ibi. ac nec consueto ostenditur. quæ certam formam habeat. ff. de custod. & exhibi. reor. Panor. col. 2. nu. 7. in. c. licet. de pen. Felin. in alleg. c. de causis. Ioan. Bernar. episcopus olim Calagurritanus. in praxi canonici. crimin. verb. consuetudinariis cap. 137.

Videtur tamen non posse quem ad solutionem decimarum compelli. Ad hoc etenim. ut quis ad aliquid faciendum teneatur. debet illud esse lege determinatum. argum. text. in. c. ad audientiam. & ibi glo. de decim. §. curare. Inl. de actio. At neutra lege. scilicet. nec euangelica. nec veteri reperitur quantitas primitiarum determinata. Nemo igitur ad earum solutionem tenebitur.

Solutio. Bene verum est decimarum quantitatem non fuisse in lege determinatam: eō quod primitiæ dantur per modum oblationis. de cuius ratione est. quod sit voluntaria. iuxta illud Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare. &c. quasi hoc offerretur tibi arbitrio relinquatur secundum S. Tho. 2. 2. quaest. 86. articulo. 2. vbi de obligationibus agit. & articulo. 3. At quia consuetudine introductum est. ut primitiæ soluantur. cũ consuetudo vim obtineat legis. ut latè supra probatum est. merito igitur soluantur oportet. Istam solutionem ponit S. Tho. vbi supra articulo. 4. conuictuini igitur seu interpretationi magistrorum relicta est determinatio quantitatis primitiarum.

Dierum etiam primitiæ Deo præstantur: ideo statuta sunt ieiunia quatuor temporum. l. 2. tit. 19. parti. 1. Quæ est singularis.

Quæritur etiam vltius. Vtrum ius percipiendi decimas possit obligari pignori? Circa quam quaestionem vide Ias. in. §. item seruiana. Inl. tit. de actio. qui tenet posse. Facit quod dicit S. Thomas 2. 2. quaestio. 100. articulo. 4. ad. 3. Ius autem spirituale accipiendi decimas non conceditur laicis. sed tantummodo res temporales. que nomine decimæ dantur. Est gl. in. c. quamvis sit graue. verb. concesserit. de decim. ibi. Et ita laicis concedi non possunt in feudum. quia eas possidere non possunt. supra.

de præscriptione. c. causam qua. & 16. q. 7. c. 1. & c. q. 3. §. potest. in versu. item decimæ Deo mandate. Et hoc ideo. quia datur in intuitu diuini obsequij. 13. q. 1. c. ecclesias. §. hi ita. & 16. q. 1. quaestio. & supra eo. c. nouum. & infra eo. tua nobis. Vnde in laicis cadere non possunt. sicut nec ius eligendi. supra. de electi. c. sacrosancta. & c. massana. Fructus verò decimarum bene possent concedi laico ex causa ad tempus vitæ suæ: sed non in feudum. c. 2. de loca. quia etiam possent vendi ad tempus. c. fin. ne præla. vi ces suas. Sed ius percipiendi. quod est merè spirituale. non potest eis in feudum dari. vel etiam ad tempus rationibus præmissis. Hæc tenetur. Potest igitur ex causa episcopus concedere laico ad vitæ aliuve tempus decimarum fructus: non quidem ius ipsum percipiendi decimas. sed ut eas nomine & titulo ecclesiæ consequatur. per prædictam gl. & comunem ibi. in. d. c. quamuis. Cardin. in. c. cũ in apostolica. col. 3. versu. 10. de his que sunt à præla. Bal. in. l. si vltus fructus. ff. de iure dot. Panor. in. c. ad hæc. nume. 4. de decim. S. Thom. 2. 2. q. 87. articulo. 3. ad. 3. & quod libet. 2. articulo. 8.

Hinc est posse laicos (vt sit sæpissimè) iure conductionis nomine beneficiatorum decimas. primitias. & oblatioes exigere. gl. Panor. & Io. de Ania. in. c. querelā. ne prælati vices suas. Ludou. Rom. cons. 266. incip. iste Petrus Alamanus. Philip. Dec. in. c. 2. nu. 14. & Ripa. nu. 75. col. 17. de iudic. qui singulariter loquitur. Accessus tamen ad altare. pro recipiendis oblationibus. laicis prohibitus est. text. cũ gl. in. c. ad altare. l. q. 3. singul. secundum Roman. in. g. 657. Archidia. in. c. sanctorum. 10. q. 1. Est etiam iure optimo statuendi. vt clerici oblationes in ecclesia recipere. ac deinde collectoibus ratione conductionis traherent.

Præterea laici decimas titulo præscriptionis acquirere minime possunt: eō quod est ius spirituale: nec potest in eis dari possessio. sine qua nullo tpe præscriptio procedere potest. c. causam qua. de præscriptio. Probat gl. in pragmat. sancti. Gallic. tit. de pacificis possessor. §. ordinarij. verb. inquirat. Ripa. in. c. decernimus. nu. 75. de iudic. Id est dicendum in iure eligendi. Cæsar Lanber. de iure patro. §. q. princip. 1. partis. 2. libr. nu. 13. Nec obstat illud. quod quaesibilia priuilegio sunt quaesibilia præscriptioe. c. duo simul. de officio ordi. c. cũ cōtingat. de fori compet. c. o quaestus. 9. q. 3. Panor. & Felin. in. c. ad cedentes. de præscriptio. Id em procedit scdm Lanber. & Ripa. post alios. in locis præcitat. in personis habilibus iuris spiritualis. sicut est ius decimandi: non autem in incapabibus. Plus igitur operatur priuilegium & concessio expressa. quæ præscriptio. Veriatur tamè & aliud dubiū. quod in facti cōtingentia euenit: de quo fuit ab illu. tri domino D. Petro de Luna Mōtis Aragonū Abbate meritis

no. vitæ

mo, vitæ morumq; candore sincerissimo, genere literisq; clarissimo rogatus. Dubium tale est. Qui dam conduxit decimales fructus oppidi de Morata, qui ex concessione Romani pontificis illustri Coniici Moratae debentur, cum onere tamen vt certam ex eis quantitatem rectori soluat parochiano ecclesie eiusdem oppidi. Ad conductor decimale fructuum portionem rectori debitam soluere renuit. Dubitatur vtrum possit ad solutionem compelli, & quo sit remedio intentandum? Cui dubio respondendum existimare posse. Decimarum enim ius reale est, ac rem ipsam sequitur. Panor. in. c. cum homines. nu. 6. de decim. Atq; illud onus solutionis certæ quantitatis reale est, inhæretq; prædictis fructibus; decimales atq; eorum possessoribus secundum eundem Panor. in. c. de terris. & in. c. tua nos. super primam gl. de decim. Paul. Paris. cõsi. 6. nu. 13. lib. 4. & Marc. q. 550. lib. 1. Rebuff. de decim. q. 9. nu. 1. 7. ff. de publi. & ve. tigi. Sed aduerte qd dicta. l. 7. & iura similia vt ex eorum inspectione & inscriptione duntaxat loquuntur de tributis fiscalibus quorum originem expedit Theophi. in. §. per traditionem. Insti. de re. diu. l. Brissoni. lib. 4. selectarum. c. 1. vnde non videntur locum habere, nec rursum esse intendenda ad alia onera ex conuentione priuatorum, ratione, quæ non sequitur fundi possessionem, secundum regulam iuris. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. Ideoque possessor fundi nec iure non tenebitur nisi nominatim illud onus recognouerit, & pacto ex solvere promiserit: ad quod cogi nequitiam potest. & ita contra Ias. & doct. prout docte tradit Molineo 3. part. indiuiduorum. nu. 561. & tanquam ex communi sententia vt iliter resoluit Pinel. in. l. 1. par. 2. limi. §. C. de bon. matern. & quod dicta. l. 7. & iura similia loquantur in imperatore tantum, & in tributo fiscali, ponit expressè Guido Papa decisi. 9. & 42. & 576. Marc. q. 325. nu. 4. lib. 1. Cassan. in cõsuetudi. Burg. rub. n. §. 6. in prin. nu. 2. & prædicti doctores possent citare pro sua opinione. tex. in. d. l. 7. ibi, imperatores rescripterunt in vestigialibus ipsa prædia &c. Cum enim rescripta superflue cõcedantur in his quæ à iure communi sunt cõcessa. l. 1. C. de thesau. lib. 10. l. 1. ad fin. ff. ad mnnicip. necessarium fuisse videtur speciale rescriptum imperatorum, vt in vestigialibus ipsa prædia, non personalia cõueniantur, ideo fauore singulari in fisco hoc cautum est, & scriptum reperitur. ne scilicet hæc vestigialia effici tributaria, ius commune aliorum sequerentur. Vnde cauendum est à tam multis supra citatis, & ab alijs varijs in locis existimantibus vulgarem allegationem dict. l. 7. generalem esse ad quoscumque census, pensiones & tributa, & procedere in eis ex proprietate & de iuris rigore. Ve

rius enim est hoc ius speciale ab imperatoribus introductum pro tributis fiscalibus: ad alia onera ex conuentione priuatorum iure non extendi, licet in ipsis idem non minus receptum in solo vsu & generali consuetudine, vt fatentur Carol. Molin. Guid. Papa, Marc. & Cassanæ. quod negare non debuit D. Couar. Inde etiam cauendum est à generalibus verbis Pinel. d. 2. prædicta. l. n. nu. 72. ver si. limitatur quinto. fol. 73. col. 4. in illis verbis, dicit ait. ex lege vel in dictione superioris. debent enim necessario intelligi ea verba de superiore habente potestate in legem codendi & abrogandi ius commune nempe principe vel imperatori. vt in. d. l. 7. in capit. imperatores. Tutius vero procedere de iure communis opinio cum glo. pen. in dict. cap. tua nos. de decim. Nisi essent in pensione beneficii seu præbendæ, quæ est annexa ipsi beneficio, & sicut onus reale ei inponitur ab habente potestate, scilicet, principe ecclesiastico & ita rectè eo casu applicari possunt verba. d. l. 7. ibi, imperatores, rescripterunt. nec minus eadem ratione applicentur ad decimas quæ tributa appellantur imposita à Deo pro fructibus & ab eius vicario confirmata tanquam onus reale & ipsis fructibus annexum dict. c. tua. & cap. pastoralis. ver si. fructus. eodem titu. de decim. In quo etiam caue à gl. Panor. Rebuff. Marc. & alijs supra asserentibus, emptorè & possessorem fundi teneri & conueniri posse ad decimas præstandas iam præteritas ex. d. l. 7. cum enim decimæ onus sint fructuum quia ex fructibus debentur, eosque afficiant onere reali. d. c. pastoralis. ver si. fructus. c. cum non sint in fin. de decim. potius doctor. dicere debuissent, id onus regulariter incubere percipienti fructus & eos possidente, potiusquam emptori & fundi possessori, nec aliud dicit Rom. pontifex in dictis iuribus dicit, fructus alienari non posse sine onere decimarum. inde non obscure sentiens tale onus reale esse fructusque ipsos sequi, non vero fundi possessorè, & ita melius in fructibus. cum Rebuffo loquitur Socin. dict. q. 9. nu. 20. & ita in fructibus loquitur nostra consultatio. Quo fit vt transiione reru fiat & transiio oneris & obligationis earum. l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pignor. actio. Fructus tamen ex quibus rectori certa debetur quantitas, sunt penes conductorem, igitur ab eo erit illa quantitas ex postulanda. Item cum commodè sentiat, & dampnum sentire debet. Bald. in rubri. nu. 4. C. de rebus credit. Præterea priuilegium reale rem ipsam sequitur. Panor. in. c. ex parte. 1. nu. 5. de decim. par igitur est vt onus rem sequatur. Pro qua etiam sententia est casus i. l. fin. titu. 20. par. 2. vbi glo. citat Hostien.

Quod ampliatur locū habere etiam si in contractus

tractu conductionis decimium fructuum nulla esset de portione rectori soluenda facta mentio. Cum enim à iure in sit fructibus illud ius, nulla fuit opus expressione de soluenda ex illis portione: neq; potest conductor huius rei ignarus dicere: quare nec contra dictum Comitem habeat aliquam iuris actionem. argum. l. 1. in fin. ff. de actio. emp. cum decimæ antequam tradantur sint ecclesie & in eius dominio. Panor. in capit. tua. 2. num. 5. de decim. Vnde consequens est posse ecclesiam rei vendicatione petere decimas collectas ab eo, penes quem sunt. vt asserit idem Panor. in dict. c. tua. arg. l. 1. in rebus. C. de iure doti. Nam vt ibi text. ait. Si mulier potest vendicare res dotales, consequens est fuisse ab initio in eius dominio. Similiter in presenti res sunt & decimæ in dominio ecclesie: sicut res dotales mulieris in eius existunt dominio. Alex. in. l. l. mora. nu. 3. ff. solu. matrim. Patet etiam argum. l. si cui venderet. ff. de pigno. actio. Cui adde Tiraque. de vtro. retra. tit. 2. §. 1. gl. 7. nu. 7. Hinc fit vt ecclesie rector possit cõpelle re colonos ne fructus nisi se presente colligat: quod præbatur in lege sequenti, vbi latius hoc discutiam. Quod fieri potest etiam si esset soluere consuetus dominus, qui colonos partem fundi locat: ex quo & dominus & colonus portiones decimales soluent, nec alter subibit onus alterius, vt testatur Panor. in. c. tua. 2. nu. 14. de deci. Præterea, quianihil summus Pontifex in iurisdictione tertij concedit cum prædictas decimas supra memorato Comitum concessit, & ecclesie ius sui antiquitus concessum in parte sibi competenti referuasse videtur: vt scilicet, possit ecclesia, quemadmodū antè poterat in totum, decimas nunc in parte sibi referuatas ex postulare: priuilegium etenim quā minus lædere possit, est interpretandū. Bart. in. l. habeat. in re. pet. nu. 21. C. de sacros. eccles. Item etiā cum decimæ sint iuris diuini: ac in ecclesia dominio, nec Papa poterit, nec alius quiuvis inferior prælatus illud tollere. argum. clem. ne Romani. de electi. At illa portio, quæ fuit in cõcessione facta Comiti ecclesie referuata, est in potestate ecclesie, igitur, à fortiori sumpto argumento, nec ipse Comes potuit, & si voluisset, illud in contractu cum ipso conductore pacisci, vt scilicet, illam portionem soluere conductor minimè teneretur. l. 1. §. eā rem. ff. quæ res pignor. obligar. non poss. Nemo enim non suam remittere potest. Panor. in. c. in ali quibus. numer. 6. de decim. Receptum etiam est à iure, ne quis plus possit in alium iuris, quam ipse habet, transferre. l. 4. ff. de offici. procons. l. qui ta bernas. ff. de contrah. emptio. C. Daibertum. l. q. 7. Cum ergo constitutione principis decimæ tolli non possint. c. tua. de decim. nec pacto priuatorum tolli poterunt. Ad idem est Panormi. in ca-

pitulo de terris. numero 3. & in. c. pastoralis. nu. 2. de decim. Quare si aliquid princeps, quod non potest, concedat, cõcessio est irrita. c. quod autem. de iure patro.

Est & alia quæstio, qua possint actione ecclesiarum ministri decimas ac primitias petere? Ad quod est gl. magistra. in. c. moderatione. 16. q. 1. & in. c. tua nobis. verb. tributa. de decim. & ibi Panor. & Matth. de afflicto. in constit. Neapoli. lib. 1. rubr. 7. nu. 18. qui post alios scribentes asserunt posse ministros nomine ecclesiarum rei vendicatione vel personalia actione contra laicos agere. Rebuff. de decimis. q. 9. nu. 6. Augusti. Beroni. in. c. de quarta num. 47. de præscri. De personali actione est gl. in. c. de cimæ. verb. ex debito. 16. q. 1. Possunt etiam agere conditione ex lege diuina, & constitutione ecclesie. gl. in. c. cum sit liberu. verb. beneficia. de sepul. tur. l. 1. ff. de condic. ex lege. Potest etiam iudex ex officio ad solutionem decimarum debitores cõpellere. Guilel. & Cardin. qui bene loquitur. nu. 28. q. 23. in clem. di pendiosam. de iudi. Robert. Maranta. in speculo aureo aduocat. 6. parte. pag. 343. nu. 196.

sis, de quibus in definitione diximus: Huic dubio tali conclusione respondendù est. In ecclesia, quæ olim libera fuit, ius patronatus ecclesiasticum acquiri non potest à laicis. Ita tenet Archidia. in c. hortamur. 71. dist. 1. Ioan. Andr. in reg. quod alicui. de regul. iur. lib. 6. Cardina. in clem. Plures. q. 5. de iure patrona. & in c. querelam. de electio. Vbi Panor. dicit istam opinionem tanquam communem in practica fore seruandam. Idem Panor. in sua disputatione incipi. Augerio. col. 6. & in c. causam quæ. & ibi Felin. col. 3. de præscrip. Curti. de iure patron. verb. ipse velis. q. 36. Philip. Deci. in c. cum venerabilis. nume. 36. de exceptio. & in consil. 117. & consil. 124. & in consil. 134. Felin. in tract. quando literæ apostolicæ noce. patro. col. fi. Balb. in tracta. præscriptio. 1. parte. 5. princip. q. 9. Cæsar Lamberti. de iure patrona. 1. libr. 1. parte. q. 10. arti. 5. Quæ magis communis est opinio.

Hoc tamen est intelligendum in ecclesia, quæ verè apparet esse libera, nec à laicis est constructa nec dotata. Si tamen in dubio hoc sit, præsumendum est pro parochianis, & ad hoc facit septimò, in qua se probant esse, & propter obsequia, aliãque onera, quæ ecclesiæ ad utilitatem eius parochiani quotidie præstare solent. Quod ita patet ex Ioan. Andr. in dict. regu. quod alicui. & ex Panor. consil. 76. lib. 2. Bald. in dict. c. querelam. col. 4. de decim. ex Deci. consil. 117. & 134. qui in hoc casu fate tur esse veram. & communem opinionem Ioan. Andre. Eam etiam sequitur Brunell. de legato. q. 23. versicu. secundum est opinio. Quæ absque dubio magis communis est.

Laico etiam competit ius præsentandi: non tamen eligendi, nisi ad hoc speciale priuilegium habuerit. Papa enim laicum quantumuis inhabilem potest habilitare. Imol. in c. dilectus. colum. 2. nume. 8. de præbend.

Item etiam populus, & parochiani poterunt ex præscriptione ius istud ad beneficia præsentandi clericos acquirere: vt patet in multis locis. Imol. in c. querelam. nu. 5. de electio.

Dubitatur vltimò, Vtrum possit laicus habere ius patronatus in hospitali, in quo sunt fratres in congregatiõe: Responde, posse, secundum Anto. & Imol. in c. inter dilectos. per tex. ibi colum. 2. num. 4. de donatio. Quod est notandum secundum eos.

In ecclesia tamen collegiata non potest laicus habere ius patronatus, secundum eundem Imol. vbi supra. per tex. in c. nobis. de iure patrona. c. cum cetera. & c. sacrosancta. de electio. Eo enim ipso, quòd ecclesia collegialis constituitur, datur, & competit ipsi collegio ius eligendi sibi prælatum. c. 1. de electio. Quo ad honores tamen, & similia, poterit habere: non tamen quo ad præsentatio-

nem

nem prælati, vt declarat Panor. & scilicet in dict. c. nobis. Cardina. in c. suggestum. eodem tit. Curti. de iure patrona. verbo, in ecclesia. q. 2. Cæsar Lamberti. eod. tracta. 1. parte. 2. libri. 5. quæst. princip. Alex. consil. 74. lib. 4. l. 1. titu. 15. part. 1.

Quid autem erit in alijs beneficijs eiusdem ecclesiæ collegialis: competetne ius præsentandi patrono laico? Dicendum est competere. Panor. in in c. quod sicut, & in c. sacrosancta. & in c. ecclesia Vulterana. col. 3. de electi. Quæ communis est secundum Imol. in c. cum dilecta. col. 2. nume. 4. de concels. præbend. Roch. de iure patro. in dicta q. 2. Cæsar. Lamberti. dict. artic. 3. q. 5.

Ius autem præsentandi prælatum ad ipsam ecclesiam collegiatam potest patronus laicus habere, si tempore constructionis, aut donationis ecclesiæ id sibi ius ex Episcopi consensu referuauerit, ac exceperit. Cardin. in clem. 2. §. fin. de iure patro. Roch. Curti. dict. verb. in ecclesia. q. 2. & Lamberti. dict. q. 5. principal. col. fina. tex. in dict. c. nobis. ibi, De sua iurisdictione.

Poterit etiam præscriptioe patronus laicus habere ius præsentandi in ecclesia collegiali. Quo casu est admittenda opinio Ioan. Andre. quæ communis est, in dict. reg. quod alicui. Quod est optimum ad intellectum dict. c. nobis. ibi, De sua iurisdictione obtineat. Atque ita competit Regibus Hispaniæ. De hoc infra dicemus in l. 2. in glo. 1.

Dubium tamen est, Quantum temporis ad inducendam præscriptionem requiratur in iure patronatus: Responde, quòd in ecclesia libera requiritur titulus vnà cum quadraginta annis: eo, q. in hac præscriptione præsumptio iuris, & quidè grauis, ac specialis sit contra præscribentem. Panor. cõs. 106. col. 2. lib. 4. Domini. consil. 123. col. 1. Alex. cõs. 75. col. 3. lib. 4. Bald. de præscriptio. 3. parte. 5. princip. q. 9. versu. tertia conclusio. Quorum sententiam verà hoc casu reor, ac profiteor: quicquid Deci. cõs. 134. col. 3. & Corne. consil. 47. col. 2. lib. 3. dixerint, asserentes in hac præscriptione titulum non esse necessarium: eo quòd ius commune non refuit quasi possessioni præscribentis, cum ius patronatus à laicis obtineri possit.

Vltimò etiam dubitari posset, Vtrum ius patronatus possit contra patronum alicuius ecclesiæ non liberæ præscribi: Respondendum est, posse aduersus primum, & verum patronum. text. in c. cura. de iure patro. Cæsar Lambert. de iure patro. 2. parte. 1. libr. 1. q. arti. 1. Et tenent omnes doctores superioris quæstionis relati, excepto Archid. què defendit Panor. in dict. c. querelam. col. 4. de electi.

Quæritur etiam, Quato tempore ius patronatus à laico aduersus alium patronum laicum præscribatur: Responde, Quadraginta annis cum bona fide etiam sine titulo. Singulariter Frederi. de Sen-

confi. 234. Senfit Bal. in l. 2. col. 2. C. de feruitu. & aqua. Corne. consil. 47. incip. In præsentati cõsultatione principaliter. col. 2. nu. 5. lib. 3. Alex. cõs. 75. col. fin. lib. 4. Deci. consil. 134. incip. Viso puncto, & pro tenui facultate mea. col. 3. lib. 1. Cæsar Lamberti. de iure patrona. 1. libr. 2. part. quæst. 11. arti. 5. Paul. de Citadin. in tracta. de iure patro. 6. parte. q. 17. art. 3. Nec requiritur ad dictam præscriptionem longissimi temporis titulus, nisi quando ius commune resistit possideti. vt in c. 1. de præscrip. libr. 6. Non resistit autem ius commune laicis habere ius patronatus in ecclesia, cum ex eisdem causis regulariter quærat ius patronatus laicis, ex quibus quæritur clericis. c. pia mentis. & c. frigidus. supra citata. c. quoniam. & c. quod autem. de iure patrona. Atque ideo ius laico modo prædicto quæritur. Quauis Domini. de sancto Gimini. cõs. 123. col. 1. nume. 3. velit titulum, & quadraginta annos, vel immemorabile tempus requiri. Sunt & alij aliud sentientes, nempe ius patronatus præscribi aduersus laicum patronum decem annis inter præsentem, & viginti inter absentem. Ioan. And. & Domini. in c. vnico. ad fin. de iure patrona. lib. 6. Flori. in l. feruitutes prædiorum rusticorum. ff. de feruitu. Roch. Curti. de iure patro. verb. ipse vel is. num. 93. q. 36. versu. & ista conclusio. Quorum tamen opinio mihi non placet. Nam & si aduersus laicum decennij præscriptio procedat: hoc tamen locum non habebit aduersus ecclesiam, de cuius ius fauore semper agitur. Interest em̄ eius sibi non mutari patronos.

Quæstio etiam non minus elegans est, Vtrum possit à patrono ius patronatus in præiudicium filiorum, ac legitimorum hæredum renuntiare? Archid. in dict. c. vnico. de iure patro. lib. 6. & Alex. consil. 13. num. 10. lib. 5. tenent posse. Quod verum est in iure patronatus descendente ab ipso renuntiante. Secus tamen est in eo, quòd à genere descendit, transitque ordine successio ab alio in alium possessorem: nam hoc casu prior in gradu sequentibus præiudicare non potest. glo. singula. in l. petro. §. fratre. verbo, ex familia. ff. de lega. 2. quæ asserit, Quòd si res alienari prohibita cunctis de familia consentientibus alienetur, possunt illi, qui posterius nascuntur, alienationem reuocare. Guillelm. Benedi. in repe. c. Raynutius. verb. & soboles quæ gestabat in xero. nu. 49. de testam. Nicola. Boer. aurea decisio. 12. nume. 4. Hanc etiam sententiam tenent Anchar. & Franch. num. 4. versu. in gl. verbo, eidem. in dict. c. vnico. in prin. de iure patro. libr. 6. Carolus Molina. in additio. ad Alex. cõs. 18. col. 2. libr. 5. Couarru. libr. 2. variar. resoluc. c. 18. num. 10. qui reprobatur Cæsarem Lambert. contrarium tenentem. Probatur etiam. Ius patronatus competit filijs, vel a ijs vocatis beneficio fundato-

ris. l.

ris. l. vnum ex familia. §. primo. ff. de lega. 2. Successor igitur fundatoris non poterit reliquis præiudicare. l. si duobus. §. in autem sub conditione. & in authen. res. quæ. C. communi. de lega. & fidei commissis.

Offert re nobis & aliud dubium, Vtrum in beneficij permutatione requiratur patroni consensus? Respondendum est, requiri. glo. communiter approbata in cap. vnic. de rerum permuta. lib. 6. verbo, collationem. Negari enim nõ potest, quin beneficium vacet. cap. vnic. supra proxime allegat. At in prouisione vacantis requiritur patroni consensus: aliis enim irrita est ordinatio, & præscriptio. cap. decernimus. 16. quæst. 7. cap. ex insinuatione. & cap. penult. de iure patrona. Adde Cassane. consil. 17. nume. 1. Requiritur ergo in permutatione patroni consensus.

Singularis etiam est hæc quæstio, Mulier habuit in dotem quoddam castrum, aut bonorum vniuersitatem, cuius patronatus competebat: cū quo castro, vel vniuersitate fuit ad eam ius præsentandi translatum: dubitatur vtri competat ius præsentandi. marito, an vxori? Videtur, q̄ marito. Nam in ipsum translatum est ius, & fructus rerum dotialium. Sed ius patronatus competit ratioe vniuersitatis: ergo & ius præsentandi competere debet. c. ex literis. de iure patrona. Præterea rei v̄dicationo datur ratione dominij. §. omnium. Instit. de actio. l. in rem actio. ff. de rei vendica. quæ competit marito. l. doce ancillam. C. de rei vendica. Dos etenim penesillum sit oportet, qui supportat onera in matrimonij. l. si dos. & ibi Alexan. nu. 2. ff. ad. l. Falcid. Ergo & ius patronatus, & sic præsentandi, competit ei, per prædicta. Facit quod notat Lambert. de iure patrona. 7. articu. 5. q. princip. 1. partis. 1. libri. nu. 10. & in 2. arti. 10. q. principal. 2. partis. 1. libri. vbi quinq; argumentis suffragatur, opinio: ac deinde à nu. 7. adducit alia fundamenta in contrarium. At in nu. 12. iterum istam complectitur. Quæ communis est opinio.

At vltra relata per Cæsar. Lambert. videtur, q̄ vxor habeat ius patronatus, nec transeat in virum. Licet enim maritus durante matrimonio dominus rerum dotialium iuris fictione dicatur: vxor tñ verè domina est, & naturalis: nec potuit fecisse lex, vt omnino veritas supprimeretur. l. in rebus. C. de iure doti. Est enim ipsius vxoris proprium matrimonium. dict. l. in rebus. §. volumus.

Facit etiam, Nam vxor durate matrimonio, potest illud vendicare, si maritum ad inopiam verge re viderit. l. vbi adhuc. C. de iure doti. Bart. in. l. si constant. ff. solu. matri. Gom. in. §. fuerat. Inst. de actio. Quod ei minime liceret, si domina rei dotialis non eiset. Quare iste est casus, in quo duo sunt eiusdem rei in solidum domini. Propterea in casu

nostro consulerem, vt maritus præsentaret, cõsentiente vxore: verque enim potest præsentare. Licet enim vxor verè sit dotialium rerum domina, huiusmodi tamen dominium, durante matrimonio, obumbratur. dict. l. in rebus. per quam maritus plenam dotis administrationem habet. & per dict. l. doce ancillam. Hanc quæstionem proposuit Roch. de Curte de iure patron. verbo, ipse vel is. nu. me. 60. q. 28.

Dubitabilis etiam est quæstio, Vtrum in iure patronatus, in quo primogenitus est vocatus, patrui nepos excludat? Videtur dicendum, quòd sic. Nam primogeniti filius dicitur primogenitus, non solum fidei, sed etiam verè. Panormi. consil. 87. col. penul. vers. item pars remanet in filio. lib. 1. Deci. in authen. præterea. col. 12. nume. 20. C. vn. de vir & vxor. Est enim optimus tex. in. c. quæritur. §. item opponitur. 22. q. 2. vbi probatur, quòd succedens in locum primogeniti, possit sine mendacio se dicere primogenitum. Quem tex. ad hoc dixit optimum Gregorius Lopez in. l. 2. titu. 15. parti. 2. verb. si dexa esse sijo, o sija. Nepos ergo natus ex primogenito præferendus est in tali iure, ex vi representationis. Hanc quæstionem tractauit Bal. in. l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. ac tanquam ardua, & difficile in decisa relinquit. Iaf. etiam in. l. maximum vitu. nu. 4. C. de libe. præteri. qui plures ibi istam quæstionem discutientes adducit. Hanc etiam opinionem in maioratu tenet post Oldral. decisi. Capel. Tolosan. 43. incip. An ius primogenitura. vbi Stephan. Affre. restatur hanc veram, & communem sententiam. Eandem etiam dicit communem, & æquiorè Bartholom. Cassane. plures alios referens in consil. 53. incipien. François de Ronboys. vers. vndecimo facit illa vulgata, & communis opinio. Idem etiam refert plures eandem sententiam sequentes, in catalog. gloriæ mund. 5. parte. considerati. 42. vers. prima fuit opinio Ioannis Andre. Discutit latissimè Tiraquel. in tract. primogenitoru. q. 40. Pro qua opinione est. l. 2. titu. 15. parti. 2. & l. 40. in ordina. Tauri. & ibi Ioan. Lup. nu. 3. & Gome. q. 11. nu. 65. & verior videtur hæc opinio secundum Couar. alios ad id citantem in pract. quæst. cap. 38.

Non tamen desunt, qui contrariam partem tudentur, quos refert Cassan. in dict. considerati. 42. vers. secunda opinio. & Ioan. Lup. loco præalleg. Quæ magis communis est, secundum Alex. consil. 4. incip. Ponderatis verbis testameti. col. 3. nu. 11. libr. 4. quem refert Nicola. Boer. qui plures ad idem adducit, in consuetu. Bituricen. tit. de testamen. §. 2. col. 3. Videtur etiam hæc in isto casu præferendam opinionem. Maior enim est affectio ad patrui, qui est in priori gradu, quam ad nepotè, qui est in dispari. At quando prioritas gradus consideratur,

sideratur, non admittitur nepotes cum patruo: inò patruus eos excludit. l. 3. §. si duo. ff. de legit. tutor. Bal. in. l. cum ite. §. in fidei commissio. q. 1. ff. de lega. 2. Tiraquel. in tract. de vtroq; retract. lib. 1. §. 11. glo. 7. num. 1. & 2. Licet enim aliis nepos filium aui, patremq; suu repræsentet: non tamen id procedit, cum sit mentio de proximioribus. l. si libertus præterito. §. si libertus. ff. de bon. liberto. Nec tunc comprehenditur sequens, licet is sit, qui soleat proximiorẽ repræsentare, per tex. in. l. iubemus. in prin. iuncto. §. vltimo. C. ad sena. cõsul. Trebel. vbi Bal. per illum tex. inquit, quòd licet vbi sit mentio de filijs, comprehendantur nepotes, qui succedunt in locum illorum. per. l. liberorum. ff. de verbo. signific. at vbi de filijs, & de gradu mentio sit, nepotes minime comprehenduntur. Ergo, cum nomen primogeniti, vt proximioris, gradu denotet, meritò nepos sub eo nõ cõprehenditur. Item patruus ad successionem sui patris, aui nepotis, vocatur: vt patet, præter leges nostras, ex sententia Apostoli ad Galat. 4. & ad Roma. 8. dicitis, Filius, ergo heres. glo. in. l. necessarii. verbo, tenentur. ff. de acquir. heredi. Nepos verò iure quodã singulari, ob id, scilicet, quòd patrem repræsentat. per. §. cum filius. In sit. de hered. qualitat. & differ. Firmitus autem est ius, quod venit iure cõmuni, quam quod iure singulari. l. eius militis. §. militia. ff. de testam. milit.

Item nulla successio datur filio viuente patre. l. 2. §. in terdum ibi, Improbum esse Iulianus existimat eum, qui sollicitus est de viui hereditate. ff. de vulg. & pupill. Si ergo patri nullum erat ius acquiratum, nec erit nepoti concedendum. Adde quæ d̄ representatione notat Guillel. Benedic. in repe. c. Raynuius. verb. & vxorem nomine. 5. num. 56. de testam. tamen concludendum est etiam in iure patronatus præferendum esse nepotem patruo. ex Couar. in practi. quæst. c. 38. nu. 13. & in anniuersarijs pro anima relictis cum clausulis vinculi & restitutionis ad instar maioris. Ita Anto. Gomef. in dict. l. 40. Tauri. q. 11. nu. 65. ad fin. & ita seruat.

Possimus etiam & aliam mouere quæstionem, Vtrum ius patronatus, patrono monasterium ingresso, transferatur in monasterium, saltem viuente patrono monacho: an tanquam patrono mortuo, transferatur in nominatum à fundatore? Videtur, quòd transferatur in monasterium. Probatur. Ius patronatus transit in heredem: sed monasterium habetur pro herede, cõpetet igitur ei ius illud patronatus. Quod verum est, nec negari posset casu, quo ius patronatus sit annexum vniuersitati monasterij, ad quæ monasteriũ venit: ergo in consequentiam veniet ius patronatus. Quod, vt pateat euidentius, ponamus aliquod exemplum:

nempe, Petrus habet castrum, & in eo ecclesiam, cuius ipse ius patronatus habet: vedito castro, vel titulo pro hærede translato, transitum facit etiam ius patronatus in emptorem, seu heredem: vel, vt supra diximus, in filium. Multo igitur fortius in monasterium, quod capax est iuris patronatus. At si ius patronatus qualitas non adhereret certæ rei, sed esset personalis: extincta persona, cuius industria elegit fundator, tacite nominasse crederem alium descendentem, seu collateralẽ, a liamve quamlibet personam. Extincto etenim naturaliter, vel ciuilitate patrono, extinguitur & quo ad eum ius præsentandi, tan sit; in nominatum verè, non autem in nominatum per fictionem, quemadmodum esset monasterium. Itatenet Bellam. consil. 33. Refert, & sequitur Tiraquel. de primogenitorum. q. 3. num. 10. afferens per monachationem ius patronatus in secundò genitum, & sic in successorem transire.

Videtur tamen, quòd transeat in monasterium. Nam monachus se, suaq; omnia per ingressum religionis trãfert in monasterium. authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. Ergo & ius patronatus transferetur, vt dictum est, cum transeat cum vniuersitate bonorum titulus pro herede. clem. fina. & ibi glo. verb. hæredes. de iure patro. Alexan. in. l. quãuis. numero quarto. ff. ad Trebell. Calcan. consil. 74. numero octauo. Iaf. in. l. 1. nu. 71. ff. de lega. 1. & in. l. venia. nu. 2. C. de in ius vocan. Præsentabit itaq; Abbas monasterij. Cæsar Lambert. de iure patro. 9. arti. 8. q. princip. 1. partis. 1. libri. nu. 7. & Paul. Citad. 9. parte. q. 1.

Quando autem quis simpliciter est patronus, in duffria personæ videtur electa: si igitur monach⁹ fiat, Abbati competet ius præsentandi, nõ ipsi, cū non habeat nec velle, nec nolle. c. religiosus. & ibi glo. verb. non habeat. de electi. Morte igitur ciuili patroni secuta, transit ius patronatus in vocatũ successiuè ad præsentandum in eius defectum. argum. tex. in. l. inter artifices. ff. de solutio. c. fina. d̄ offi. deleg. Probatur. Fundator em, cõstructor, vel dotator, in limine fundationis, constructionis, vel dotationis, quascunq; cõditiones, reservationes, & pacta iuri communi non contraria potest apponere: vt probat optimè, latèq; Cæsar Lambert. de iure patro. 9. q. principi. 1. partis. 1. libri. Vbi ergo dispolitum est expressa nominatione patroni: ab ea nominatione recedendũ nõ est. Quod colligitur ex Couarru. lib. 2. vari. resoluti. c. 18. nu. 10. quem vide, & nota. & Cardin. consil. 48. in principi. At vbi fundator capellæ non vocasset ad instar, vt aiunt vinculi, cenfeo, q̄ transeat, cum successoris præiudicare possit. c. vnic. de iure patro. lib. 6.

Dubitari posset etiam, Vtrum laicus possit hoc ius patronatus habere in ecclesia collegiata: Dicẽ

dū est, q̄ nō. per tex. in. c. nobis. de iure patro. nec valet consuetudo in contrarium. tex. in. c. Massana. & in. c. sacrosancta. de electi. Cæsar Lamberti. de iure patro. in. 3. art. 11. q. princ. 1. partis. 1. libri. & ibid. in sequenti artic. notat idē in monasterijs.

¶ Vnde in foro, quod si ecclesia patronata in collegiatam erigatur, patronus amittit in spatio tronus, per iura superioris allegata. Tūc enim patronus presentare non potest: sed duntaxat confirmatio facta presentare: qui tamen de necessitate non requiritur. vt

vt inuit casus in dict. c. sacrosancta. ad fin. Quod nota perpetuo: quotidianum em̄ est, & pulchrum remedium ad eximendum ecclesiam ab huiusmodi seruitute iuris patronatus. Notabis tamen hanc habere locum in presentatione prelati: non autem in alijs de collegio, quorum presentationem potest habere laicus. Sicutaq; est intelligendum in dict. capitulo nobis. & in capitulo sacrosancta. in capit. Massana. Ita tenet Ioan. Andr. in capit. postulasti. de iure patrona. Vide Lamberti. locis precitatijs.

Forſan etiā dubitabis, Poſſitne quiſquā in ecclesia collegiata capellam inuito patrono erigere? Hęc quæſtionē declarat Pau. de Citadin. de iure patro. in. 4. causa adquirendi. & in fin. parte tracta. explicat, quib⁹ causis ius patronatus extingatur.

Non minus elegans, ac dubitabilis est quæſtio, Vtrum poſſit quis ad ecclesiam, antequam vacet, presentari? Aſſerendum est, q̄ non. Nam qua ratione ante vacationē beneficia conferri prohibentur, eadem & presentatio fieri prohibetur. c. nulla. de concess. præben. Quod ita disponitur ibi, ne quis mortem proximi desiderare videatur, in cuius locum, & beneficium se credit successurum. Quæ ratio militat etiam in presentatione.

Ex quibus constat, non posse fieri promissione obligatoriam de facienda presentatione ad beneficium vacaturū. c. si. de concess. præben. Cui tex. est addendus Roch. de iure patro. verb. honorificum.

5. & 6. q. Collectar. in. c. nobis. nu. 2. de iure patro. & Paul. de Citadin. de iure patro. 3. art. 6. partis. q. 42. nu. 73. qui circa hæc plura discutit.

Quæro etiam vterius, Quid remedijs casu, quo presentatum ordinarius admittere non vult? Responde

tomare alguna cosa, que pertenezca a la yglesia, o a los beneficiados della: que de mas de las penas contenidas en el derecho, que poseſſe mesmo hecho cayga en pena de trezientos maravedis. La tertia parte para la nuestra camara. Y la otra ter

la. lib. 6. Atq; Episcopus tenetur huic appellacioni deferre, secundum glo. in dict. c. pastoralis. Quia patrono perseverante, nec variante, acquiritur ius presentato: cui fit iniuria, si nō admittatur ab Episcopo, a quo in tali casu merito poterit appellare. Quod, vt iam dixi, tenes: quando sine iusta causa recusetur. secus enim est, si legitima. glo. in. c. nullus. de iur. patro. Eo enim casu superior nec instituet, nec poterit ad id inferiorem cogere. argum. c. literis. & ibi gl. 6. dist. in. c. archidiaconū. 85. dist.

Notabile etiam est dubium, Vtrum ex lege data in fundato ne testatoris, quod, scilicet, ibi celebrentur missæ per presentandum, censetur sacerdos, & non clericus inferioris ordinis presentandus? Dic esse sacerdotem presentandum. Ita tenet singulariter Andre. Barba. in consil. 35. col. 7. lib. 2. quem refert, & sequitur Cæsar Lamberti. de iure patrona. 27. arti. 7. q. princ. 1. partis. 2. libri. nu. 1. fol. 230. Quod est notandum. Late Rochus Curt. de iure patrona. verb. honorificum. nu. 26.

¶ Vna pensio. Concordat. l. 7. §. si. titu. 13. lib. 6. infra. Ea nempe ratio, quia omnes locovnius sunt habendi, ex Labeonis iure consulti responsio. in. l. cui fundus. ibi, Et omnis numerus eorum, qui in locū eius substituantur, pro singulari persona est habendus. ff. de condi. & demōstra. Et Vlpia. in. l. planē vbi transferre. in fin. princ. ibi, coniuncti vnus persona potestate funguntur. ff. de lega. 1. vbi glo. verb. potestate. dicit, vt id solum ambob⁹ præste-

præstetur, quod vni soli præstaretur. & facit infra. de dote prælega. l. 2. responso secundo. & C. de im. puber. & alijs substituti. l. fina. & infra. eodem. l. huiusmodi. §. si Titio. & supra. de hæred. instituz. Si Titius. & supra. de usufruct. accrescen. l. si quis. Hæc tenus Accurfius in dicta glo. cuius dictum notabile est ad comprobatiōem decisionis istius legis.

¶ Quæ que fuerit ordinando en la fundaciō. Nota statutum patroni in fundatione ecclesie, seu capellanie fore seruandum capitulo præterea. de iure patro. vbi Panor. num. 3. dicit, Tene menti, quod patronus nō potest exigere aliquod seruitium ab ecclesia patronata, nec aliquid temporale, nec aliud grauamen inferre, nisi reperitur illud cautum, vel fuerit seruatum per Episcopum tempore fundationis ecclesie. Aſſerit etiam, se per illum tex. principaliter consuluisse populū ius patronatus habentem non posse à presbytero certos cereos in recognitionem iuris patronatus exigere: eo quod illud non fuerit in fundatione seruatum. Ad idem est tex. in capitulo. quanto. de censib. vbi probatur ad uoluntatem fundatoris non solum posse censum, seu pensionem imponi patrono persoluenta, verum & alteri tertio. Ex quo tex. Panor. elicit in argumentum in numero tertio, quod licet testator grauatur hæredem, vel legatarium ad exhibendam vnā procuracionem singulis annis aliquibus fratribus. Quod vsu maxime receptum est: oritur enim inde, vt ibi patet, obligatio.

Ex quibus infero, Patronum in creatione beneficii adijcere onus, vt, scilicet, semper ad id presentandus ex suo genere sit, dummodo presbyterari velit, atq; idoneus sit. Domi. in. c. cum in ecclesia tua. col. 1. num. 3. de præben. lib. 6. qui citat ad hoc c. cum dilectus. de consuetud. & c. abbate. d. verb. signific. Facit quod in simili casu consuluit Calde rin. in consil. 4. sub titu. de iure patro. Potest etiam apponere conditionem, nempe q̄ istud ius patronatus non transeat nisi ad heredes sanguinis: & sic extranei, non consanguinei, nec de parentela manebunt exclusi. Bal. in. l. 2. C. de in ius vocan. Feli.

in tract. quando literæ apostolicæ præiudicent patrono. columna secunda. vers. corroboro. Roch. Curti. de iure patrona. verbo, ipse vel is. quæſtione octaua. numero decimonono. Gregor. Lopez in. l. 8. verbo, de estraños. titu. 15. parti. 1. Paul. Parisi. consil. 48. columna. 1. libro. 4. vbi verisimul eximiat, quando tali dispositioni consentit Episcopus. Quod cōmuniter receptum est a doctoribus.

Quod adeo procedit, vt aliter facta presentatio, nempe de nō habente prædictam qualitatem generis, parentela, seu consanguinitatis expressam in fundatione, est inualida. Cardina. consil. 48. incipient. Quidam nobiles duo, aut plures, Rochus de Curte. de iure patrona. verbo, ipse vel is. quæſti. 33. nume. 77. Paul. Parisi. dict. consil. 48. incipient. Certum est, quod patronus. nume. 7. libro. 4. Tradit latissime plura, quæ, quia circa hanc materiam frequentiora sunt, videre poterit. Cæsar Lambertin. de iure patrona. 9. quæſti. principal. partis. 1. libri. numero primo. cum. 109. sequentibus. folio. 74. columna secunda. Quilibet enim in traditione rei suæ poterit legem, quam vult, etiam si rem ecclesie tradat, apponere. c. verum. de conditio. apposit. l. in re madata. C. mandati. Nec tamen defunt qui dicant hoc casu fore digniores inquirendos, si fuerit op⁹, etiam extrillam profapiam, generationem, seu parentelam.

Vfus tamen, & ratio in contractum proclamāt, Sufficit etenim inter designatos, & vocatos presentantiorum eligere. Quod intellige, nisi solum vnus, vt putā sanguine proximis ut appellatur, & vocatus. Cum enim tali fundatori, ac institutori non incumbat munere suo, ac officio distribucionem facere, sintque illa sua bona, non est astrictus dignioris habere rationem. Quod etiam cum moderamine intellige. Si enim designatus omnino esset indignus, alius substituendus venit: quia nemo, etiam de sua substantia, potest sacerdotium, seu beneficium contra naturale ius, ac diuinū creare. Iniqua enim esset talis institutio, si gubernatio nem aliquam, vel curam habeat animarum, ac in-

ea obstat, ne dignior eligatur. Vt si quis prouentibus suis monasterium fundaret, eo vinculo, vt Prior, vel Abbatissa non nisi ex genere suo, aut patria crearetur, non est in contumeliam legis diuina talis conditio seruanda. Dominicus Soto de iustitia &

¶ Ley. II. Que los Reyes son patronos de todas las yglesias de sus reynos.

¶ El Rey don Alonso en Alcalá, Año de mil y ccc. lxxxvij,

cur. Faciunt quæ not. Panor. in capit. postquam numero. 4. de elect. confirmatur clare in Concil. Triden. Sess. 24. c. 18. vers. quod si ius patronatus laicorum fuerit. Si tamen circa hanc iuris patronatus materiam liberit aliquas videre quæstiones vltra Rochum Curtium, Paulum de Citadinis, & Casarem Lambertinum in suis tractatibus de iure patronatus, vide Ioannem Eriburgensem in summa de confessor. lib. 1. tit. 1. quæst. 80. vsq; ad quæstionem. 92. & Archiepisc. Florentinum. 2. parte. tit. 1. c. 5. §. 2. 4. & 3. parte. tit. 12. per totum cum suis. §. & Calderinum consil. 1. cum. 19. subiectis isto tit. de iure patronatus. & in Rota noua secū dūm impressionem nouissimam. eodem tit. vbi poteris caudicibus sine labore plures quæstiones contingibiles ad hæc repetere.

¶ Lex. II.

¶ Costumbre antigua. Concord. l. 18. ti. 5. parti. 1. & 1. 3. & l. 19. vers. *¶ De las prelatias.* titulo tertio. lib. 1. pro. supra. & in curijs Toleti anni. 1525. l. 53. & alia in extraordinarijs, data in oppido de Madrid. 27. die Februa. incipi. *Don Carlos.* anni. 1543. & contra exteros est Pragmata. anni. 1539. data. 20. die Nouemb. in dict. oppido de Madrid. quæ omnes sunt in collectione breui Pragmaticarum extraordinariarum anni. 1544. Idem statutū est circa beneficia patrimonialia, quæ sunt in isto regno, præsertim in Episcopatu Burgenfi, Palentiæ, & Calaguritanensi. in l. 53. aliis. 54. in curijs Toleti, anni. 1525. & Prag. 52. Pincia. anni. 1523. & Pragmati. 110. in comitibus de Madrid anni. 1528. & in Pragmata. 67. in curijs Pincia. anni. 1537. & in Prag. extraordinaria. 13. data in illustri oppido Pinciano, anno. 1543.

Circa declarationem harum legum debes scire, quomodo eligendi Episcopos, seu alios prælatos competeat Papa, & prouiso beneficiorum inferiorum ecclesiarum pertinebat Episcopis, glo. in capitulo quæquam. verbo. de uolueretur. de electio. libro sexto. capitulo primo. 22. distin. Panor. in capitulo primo. notab. de electio. Io. de Sclua in tracta. beneficiorum. 2. parte. q. 22. nu. 9. Post

ea verò de iure nouiori ius eligendi Episcopū, fuit Capitulo, & Canonicis concessum ecclesiæ cathedralis. c. cum ecclesia futrina. de causa poss. & propria. c. constitutus de appell. c. cum terra. & c. ecclesia vestra. c. Cumana. c. in Genesi. c. cõgregato. c. cum in veteri. & c. bona. 2. de electio. Specul. de electio. §. 1. & est Regia lex hoc ipsum docens.

ADDITION.

¶ Acerca de la ley se vea la ley. 1. tit. 1. lib. 1. Recopil.

Oltubre, antigua es en E-

17. incipi. *Electio.* tit. 5. parti. 1. lib. 1. que el Dean, y los Canonicos que en ella se acerta en & c. Et hoc procedit non solum quando vacat per mortem, verum etiam quando per priuationem: utroque enim modo electio pertinet ad Capitulum, & Decanum. c. ad petitionem. de accusa. Panorm. in dict. c. cum ecclesia futrina. Hodie tamen per reservationes Papæ, & regulas cancellariæ apostolicæ aliter prouidetur in ecclesijs cathedralibus, & aliquibus collegiatis. vt notat Panor. in. c. 1. de electio. & tenor regulæ cancellariæ Innocentij octauij Papæ. 2. in ordine, sequens est.

Itē reseruauit specialiter omnes ecclesias, & Patriarchales, Archiepiscopales, nec non omnia monasteria virorum, valorem ducentorum Florenorum auri, communi estimatione excedentia, quod tescunq; illis vti voluerit.

Est tamen dubium, Vtrum in electione Episcopi debeat interuenire alia persona, tam ecclesiastica, quam secularis simul cum electoribus: Et videtur, quod sic. c. fina. 63. distin. vbi clerici debent interesse electioni, item religiosi. c. obeuntibus. 2. ea. distin. 63. Nam quod omnes tangit, ab omnibus debet comprobari. dict. c. fina. ibi, ne plebs in uita & c.

Pro declaratione autem facio sequentes conclusiones. Prima sit. Electio prælati ad solos Canonicos ecclesiæ cathedralis, sine eo, quod interueniat cum eis alia persona ecclesiastica cuiuscunq; religionis sint, vel seculares, competit: nisi aliud sit de priuilegio, vel consuetudine introductum. c. cum ecclesia futrina. de causa poss. & propria. c. Cumana. vbi est singul. glo. verbo, iam præscripta. de electio. glo. in. c. cum in ecclesijs. verbo, si commode. de præbend. in. 6. Ex qua inferitur Innocentium esse verum in capitulo secundum. de insti. dicentis, ius eligendi Episcopum solis Canonicis. & non alijs etiam habentibus dignitatem sine canonice competere. Bertachi. in tract. de Episcoporum libro primo. parte. 3. quæstione secunda. nume. 2. Hoc tamen, consuetudine in contrarium cellante, est intelligendū. tex. in dict. c. cum ecclesia futrina.

Secundum.

Secunda conclusio. In electione Episcopi de consuetudine non seruatur, quod religiosi intersint, ideo non sunt necessarii, nec admittendi. Panor. & Philip. Deci. in capitulo nullus. numero decimo septimo. de electio.

Tertia conclusio. Populus non est vocandus ad electionem prælati: & absq; eius assensu valet electio. Constat, quia populus est in capax, cum electio sit ius merè spirituale, quod tribuit ius electo: quod ius non residet in laicis. c. Massana. de electio. c. causam quæ. de præscri. Panor. in. c. querelam. num. 6. de electio.

Quarta conclusio declarat nostram legem, sit. Consensus Principis secularis in electione prælati non requiritur: nisi ei competeat ex concessione apostolica. Panor. in. c. cum terra. notab. 5. de electio. Deci. in. c. nullus. nu. 19. de electio.

Olim enim in electionibus prælatorum Regis consensus erat necessarius. probat tex. in. c. cum lo. 63. distin. 63. & capitul. cum inter vniuersas. ibi, Per quos a nobis vice regia postuletis assensum, & apostolicæ cõfirmationis gratiæ requiratis. & in capitulo. cum terra. ibi, Quo facto, non prohibemus, quin Regis, seu Patriarchæ, qui pro tempore fuerint, requiratur assensus. & in. c. innotuit. ibi, Faciebant etiam ad id non modicum concursus Capituli Vigoriensis electio, petitiõ populi, assensus Principis, votum tuum, suffraganeorum suffragia. & in capitulo. quod sicut. ibi, Cum in ea nihil attentatum fuerit in præiudicium regis dignitatis. de electio. Idem probat Ioan. Lupus de beneficijs vacantibus in curia. §. 9. c. Reatina. vbi glof. licentia. 63. distin.

Ex quo inferitur, valere consuetudinem, quod vacante episcopatu, canonici, vel electores non procedant ad electionem, nisi prius denuntiet mortem prælati Regi nostro Hispaniæ, & eius consensum, & approbationem habeant. Innocent. in. c. quod sicut de electio. & ibi notat Panorm. 7. Panor. in. c. cum terra. col. fin. num. 4. & in. c. cum inter vniuersas. notabil. 4. nu. 4. & in. c. nullus. de electio. si ex iure competeat Regi: de facili per talem consuetudinem iuri non aduersam potuit recuperare futurus, quod regale est. vt dixi in l. 3. col. 1. tit. 3. supra isto libro. Item Reges Hispaniæ: ius, & quasi possessionem habet ab eo tempore, cuius in iuramentum memoria hominum excedit, nominandi, aut eligendi eos, qui a Romano pontifice Episcopatus sunt præficiendi: ita quidem, vt nisi a Rege nominatus, nemo possit his dignitatibus insigniri. Et præscriptio electio, priuilegio speciali concessum est Regibus Hispaniæ, vt testatur se vidisse Gregorium Lopez in dict. l. 18. verbo, *antigua costumbre.* tit. 5. parti. 1. hinc verbis. Habet etiam Rex Hispaniæ consuetudinem, et consuetudinem, præsertim super ista re.

iure patronatus, quas egovidi, & tenebis menti ad declarationem huius legis, & dicitur. l. ordina. Hactenus ille. Et vltra eum dicitur hoc priuilegium competere Regibus Hispaniæ a consilio Toletano. n. c. 6. sub Agathone, aut Leone secundo Romano Pontifice anno primo Heruigij Gothorum Regis, qui Hispanias obtinebat natiuitatis Domini non stultie fu Christi, anno. 684. auctore Rodrico Archiepiscopo Toletano. lib. 3. c. 12. & doctore Didaco Couarru. in reg. possessor. parte. 2. §. 10. nu. 6. de regu. iur. lib. 6. vbi reprobat Ioan. Ignem iu. repe. de necessarios. §. non alias. num. 336. ff. ad Sillaniam, dicentem, Non etiam gloriari debent Hispani propter dictum. c. lóg. 63. distin. Quoniam Hispani Reges ex concessione Carolo facta obtinent, qui postquam Adrianum huius nominis primum Pontificem a tyrannide Desiderij Longobardorum Regis liberauerat, Hispanias Mahumetica præuitate amittas Christianas fecit, potius eis Hispaniæ Rex inuatus est: eo medio istud ius regale cõsecutum sunt, Sententiam cuius probare conatus est Ioan. Ferrald. in tract. de in iudicibus Regum Francia. 9. iure a quo Carolus Gallialis, & ipse Gallici nominis dissentit, minime citato Ioanne Igneo. libro. 2. reg. gal. Francia. iure. 3. & sic ius præsentandi competit ex priuilegio pontificali.

Dubatur tamen, Vtrum Papa possit derogare istud ius patronatus, & prouidere prælaturis, & beneficijs vacantijs sine præsentatione patronorum laicorum? Respon. deo, posse. glo. in elem. 2. verbo, apostolicis. de præben. Archidia. in. c. pia mentis. 16. q. 7. Innocent. in. c. cum dilectus. de iure patro. Panor. in. c. 3. vsq; nota. & in. c. illud. ad fin. eod. tit. & in disputatio. incipi. Augerio. col. 5. Io. Andre. Dominici. & Franch. in. c. 2. de præbend. lib. 6. Feli. in tract. quando litera apostolica noceant patro. col. 1. Roch. Curti. de iure patro. verbo, hanc rificum. q. 3. Anchar. in. c. quoniam. de iure patro. Casar. Lambert. de iure patronatus. lib. 1. par. 1. q. 9. art. 2. quorum opinio communis est.

Quod præcedit, quod de derogatione iuris patronatus laicorum Regum, Ducum, Marchionum, vel Comitum expressè apparet in literis. In dubio tamē non est præsumendum, voluisse illud derogare. Lapsus allegatio. 66. & reg. Innocentij. 3. c. cæc. la. 40. hoc probat Casar. Lambert. de iure patro. 2. lib. 1. art. 9. q. princip. 2. partis. numer. 1. fol. 171. col. 1. Couarru. libro prædicarum quæstio. 36. nu. 1. qui firmat hanc sententiam communem esse. Multiatur loquens habere. etiam in literis apostolicis fuerit dictum. Ad cuius scilicet præsentationem, seu collationem beneficium pertinet: nihilominus non comprehenditur beneficium, quod spectat ad præsentationem laicorum. Lapsus allegatio. 84. nu. 1. in dict. Tom. 1. in ius. 3. quæst. 8. l. 1. §. 16. &

6. & allegatio. 96. nu. 3. Anchar. Domini. & Franch. in c. cum in illis. §. i. de prebend. lib. 6. Ioan. Andri. in c. dilectus. de offic. lega. Lamberti. in dicta. q. 9. art. 6. & 7. Felin. in tracta. quando litera apostoli c. noceant patro. col. 3. & est opinio communis. Secus tamen est, quando ius patronatus est clericij, ratione ecclesie ei concessum: non tamen si ex suo patrimonio. Nam in hoc equiparatur laico. c. cum dilectus. vbi Hoflien. Ioan. Andri. Innocens. Cardij. & Panor. de iure patrona. l. 3. titu. 15. parti. 2. & ibi Grego. Lopez. Couarr. vbi supra: & ista est communis, & vera opinio.

Dubium etiam est, Vtrum ex refectione beneficiorum veniant ea beneficia, quae sunt de iure patronatus laicorum: Dicendum est, minime comprehendi, nec affecta censerit. Et sic quantum in curia decedat habens beneficium tale, sine presentatione patroni non est prouidendum, nec censetur in curia vacalle, quo ad reservationem gl. in gl. in c. licet. verbo, collatio. de prebend. lib. 6. Lapis allegatio. 96. Petrus Rebuffus in tracta. nominationis. q. 8. nu. 22. & in practica beneficio. pa. 21. 168. in 3. parte signatur. verb. nec non iure patronatus. nu. 20. quo loquitur, et hanc fatetur communem opinionem esse.

Distinguuntur autem ius patronatus ecclesiae a iure patronatus laicorum in hoc, quod illud acquiritur vel daturur: aut deniq; ratione ecclesiae, vel dignitatis ecclesiasticae copetit alicui hoc verò a rebus propriis, & secularis patrimonio originem ducit. gl. in o. ubi. in clem. 2. verbo, praesentia. de iure patro. Panor. in se. illud. deo. titu. Felin. in super alleg. tracta. quando litera apostolica. col. 7. Roch. de Curti. de iure patrona. verb. ius. q. 7. Casar. Lamber. de iure patro. lib. 2. q. 1. art. 1. glo. in c. dilectus. de offic. lega. Paul. Paris. consil. 128. libr. 2. Petrus Rebuffus in tract. nomination. q. 8. verbo. Et dicitur patronus ecclesiasticus. nu. 22.

Ex quibus infertur summum Pontificem posse derogare ius patronatus concessum regibus, & alijs, dummodo constat de eius voluntate: quia habet plenum ius in beneficijs, c. de preben. clem. 1. vbi licet pendens. Facit etiam c. per primis. palem. y. q. 3. dicens Papam posse etiam absq; causa priuare alicuius in suo beneficio. Barba. in tract. de praesentia. Caed. in part. q. 1. nu. 45. Hippol. singul. 63. 4. & adde quae notat. Decian. c. in. de consens. vtili vel inutili. ergo potest tollere, cum respectu Patro. officij patronatus gratia, respectu vero aliorum dicitur. Felin. in super alleg. col. 11. de offic. delegat. Panor. ergo, secundu. et non tenet admittere praesentiam, et si vellet, potest illud excludere, seu repellere. In Hispania non admittuntur derogationes ius patronatus, nec admittit conferere: nisi supra a regis tribunalia, & qui regio nomine illic iustitiae ministerio praesunt, statim apostolicas literas examinantes propter publicam vtilitatem, earum executionem suspendunt, earundem vsum grauis finis poenis, & comminationibus interdicentes. vt patet in dicta. l. 53. in cuius Teleti. Anni. 1525. Idem in regno Fraciae fit secundum Rebuffum in pract. beneficiorum in. 3. part. signatur. verb. nec non iure patronatus. nu. 12. & nu. 36. & in tra. nominationu. q. 15. nu. 2. Carol. Molin. in regu. cancellariae apostolicae. de infirmis resignantibus. nu. 32. & Couarr. in pract. cis. quastio. c. 36. nu. 3. vbi plura in praxi huius materij quotidianæ proponit.

Quaero etiam, Vtrum dominus noster rex, & alij habentes ius praesentandi, & eligendi, teneatur eligere digniorem, omisso digno. Respondeo conclusiue, quod tenetur, alijs peccaret mortaliter.

Primò probatur. ex c. licet. 8. q. 1. qui est Hieronymus super Leuiti. c. 8. Praesertim naq; historia sacra, quae quando Aaron iussu Dei in sacerdotem vnctus fuit, congregata fuit omnis turba ante foras tabernaculi. Super quibus verbis ait Hieronymus, quod licet dominus de constituendo principe praecipisset singularem q; elegisset, tamē conuocatur etiā synagoga: requiritur ergo, inquit, in ordinando sacerdote etiam populi praesentia, vt sciant omnes, & certi sint, quod qui praesentior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur ad sacerdotium: & hoc attestat re populo, scdm illud apostoli, oportet autem illi & testimonium habere bonu ab his, qui foras sunt.

Itē & scdo. Diu. Augusti. sup illud Iacobi. 2. Nolite in personarū acceptioe habere fidē dñi nostri Iesu Christi. vbi dicitur gloria Augustini. No est putā dū leue esse peccatū in personarū acceptioe habere fidē dñi glorie. Quis emferat eligi diuitē ad fedē honoris gloriae ecclesiae, contempto paupere instruētiore, & sanctiore? Ansculta verbū, ad fedē honoris gloriae ecclesiae: Chrysost. libr. 2. de sacerdotio. admonet em de suo nomine ecclesiasticos pastores, quod tāto debet meritorū interuallū ante stare gregi, quāto pstat excellētia pecori pastor. In cuius sentētia beatus Bernar. de cōsideratione ad Eugen. per multa eademq; egregia congerit.

Tertio. text. est in c. Metropolitanano. 63. dist. 11. vbi ait eligendum fore optimum. Quarto est text. singul. in c. vnostrū. vbi eccles. bñi. vbi in respōsiōe epi apponit, quod ex affectu carnali, sed stricto iudicio debuit ecclesiastica beneficia in persona magis idonea dispensare. Quinto, iustitia distributua dat vnicuiq; qd suū est, iuris pcepta. in 1. de iusti. & iur. & Aristo. 5. c. ubi dicitur, ius enim inquit, quod est in distributia quibus pro dignitate quada esse oportet, dignitatem autem non esse eandem omnes fatentur.

Sexto

Sexto facit optima ratio. Nā postq; in dispensatione beneficiorū ecclesiasticorū, & aliorū munerū seculariū nō habetur exacta meritorū ratio, neq; mo. est qui literarū studia sequatur, ne mo qui alijs bonis moribus imbuatur, quam qui apud curiam Regis fuerint aptiores: ibi inquirentes auxilium hominū principaliū, & d latere Principū, qui eos moribus & vita apud Principē false exornant, vt experientia doctri potius enim ex carnali, quam diuino adhuc procedunt affectu. Vnde quāta mala ecclesiae Iesu Christi eius sanguine creatae, & fundatae succueuerint, & haereticū pestes, & animarū neglectus apertissimē testantur: & omnes populares cōqueruntur, publice hoc omnibus manifestantes: & clamāt contra electores, quoniam modū sanguis iusti Abel clamauit ad Deū cōtra Caim. Antiquitus in primitiua ecclesia rogati, & nō rogantes admittebantur ad huiusmodi officia; & beneficia, quae instituta fuerē pro gubernada reip; christiana. Iam tamē abundat illiteratis, & impatientibus abq; misericordia, quod absq; lachrymis, et si apertus intellectus habeo, explicare non possum. Romani & infideles viros virtute & moribus imbutos quaeabant ad gubernanda corpora, quae sanguine, & carne tāto obrudebantur suae reip; & principes Christiani hoc facere nō procurēt, cum de animarū saluatione totius reipublicae sanguine Christi redempta tractetur: quae quidem pendet à bono rectore, episcopo, beneficiato, & similibus. Quod si non fecerint, ipsi viderint, cum fidelis iudex sit in celo incorruptissim⁹, qui eis secundū sua bona, vel mala opera & negligentia retribuet.

Præterea & septimo quod non solū dignis sed etiam dignioribus sint conferenda beneficia: & munera publica, aliās eligendo dignū nullo digniori q; mortaliter peccant. firmat beatus Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. & q. 187. art. 3. & quod lib. 6. art. 9. & quod lib. 8. art. 6. Io. maior. in. 4. sentent. q. 8. & q. 9. Caieta. 2. 2. q. 62. art. 2. Archiep. Florēt. 2. part. tit. 1. c. 20. §. i. Roch. de Curti. de iure patro. verb. honorificū. q. 15. Sylluest. in sum. verb. electi. 1. q. 16. Io. Lup. in repe. c. per vestras. §. 2. 6. nu. 12. latissimē Casar. Lamber. de iure patro. 2. libr. 3. art. 10. q. prin. partis. i. nu. 5. fol. 252. col. 4. & faciunt quae notat Rebuff. in pract. beneficio. pag. 39. nu. 62. sub rubri. requisita ad collationem bonam. & insignis vir Domini. Soto lib. 3. de iusti. & iure. q. 6. art. 2. & Couarr. in regu. peccatum. 2. part. §. 7. nu. 4. de regul. iur. lib. 8. nouissimē id nunc probant.

Vtrum autem praesentatio, & electio facta de digno valeat in vtroq; foro tam seculari quam concientiae est dubium: Dicendum est validam esse, quantum peccat dicit electores, vt praemissam est. gl. in c. constitutus. verb. magis. de appella. & gl. in c. 2. de offi. custo. & gl. in c. 3. de iure patro. & gl. in

c. licet ergo. 8. q. 1. est text. in c. monasterium. 16. q. 7. & c. quia propter. in c. cum in cunctis. de electio. c. nisi cum pridem. §. ne pro defectu. de re iudi. text. in dict. e. constitutus. vbi Panor. & Franch. hoc notant de appell. & Casar. Lamber. vbi supra. num. 1. & est communis opinio secundū Cotar. loco praecitato. nu. 3. Sanctus Thom. 2. 2. q. 65. art. 1. cul. 3. & in quodlibetis supra allega.

Hoc tamē intellige, quando dignior est praesentatus vnā cum digno. Nam tunc praesentatio dignioris, procederet praedicta. Itē si dignus fuisse praesentatus à maiori parte patronorum erit cōfirmandus omisso digniore. gl. & docto. in c. 3. de iure patrona. Imol. & Cardin. cle. 2. de iure patro. & est opinio communis secundū Deci. consil. 129. incip. diligenter consideratis. col. 1. nu. 2. & est magis communis secundū Couarr. vbi supra. §. 6. numer. 4.

Dignus autem electus sine sua culpa omisso digniori erit tatus in conscientia & in foro fori, quāuis eam praesentans peccauerit. Ioan. maior. in. 4. distinctio. 15. quastione octaua. Caieta. 2. 2. quastio. 187. artic. 3.

Quaero quis dicitur dignior? Respondeo quod dignioris haec materia non simpliciter dicit ille, qui doctior sit, vel sanctior, sed is, qui iuxta munus, & rem, cui praesentatur, aptior eius ministerio apparet. siquidem quādoque qui sanctus vir, & bonus est, ac praeterea diligentior est ad curam animarum vel ad istud munus, ad quod est praesentandus, erit praesentandus viro sanctiori, qui non ita diligens: eaq; ratione non ita aptus sicut prior administrationi eius muneris cui est praesentandus. Sanctus Thom. 2. 2. quast. 63. art. 2. versi. ad tertiu. & est opinio communior ab omnibus recepta. Adde Greg. Lopez in. l. 5. verbo digno. & super verb.stro. tit. 15. part. 1.

Est tamen dubium, Vtrum eligens dignum teneatur ad restitutionem damni illati hac occasione digniori? Videtur quod sic: nā qui est causa damni tenetur resarcire illud damnum passo. c. fina. de iniuri. l. dedi. §. quanquam. ff. de condi. causa data. vbi constat, quod impediens alicui aliquam vtilitatem, tenetur ei ad interesse per actionem in factū pro illa vtilitate. Ad idē est. l. quorties. ibi; qui cum abtulerit. C. de actio. tributo. lib. 10. facit, nā iustitia cōmutatiua hic versatur. Cū res publica seu fundator iuris patronatus euocauerit ad sua munera vel ecclesia illum qui dignior fuerit. si ergo iste talis effectus fuit laboribus, & arumnis, & expensis, vt tale posset brabium consequi, hoc actio, ciuitas seu reipublica tenetur illum honorare, & pmissio tali afficere. l. vnicuiq;. C. de proxim. sac. scri. no. lib. 12. ibi. vnicuique qui in sacris scripijs militat, sui loci merita seruari oportere constituitur. Si Tom. j. K 4 ergo

ergo patronus digniore scilicet omisit, malitiose fecit, ac tenebitur. argumento tex. in c. pastoralis. ad fin. de iure patro. ibi, veruntamen constitutus, vt episcopus, qui presentatum idoneum malitiose recusauit admittere. &c. Item suadetur. Paria sunt ab aliquo auferre quod suum est, & eide non dare, quod ei debetur: sed qui digniori non de dedit munus, & res communitatis, quae ei debent, negat rem debitam ei solvere: ergo tenetur ad restitutionem, ac si ab eo abstulisset quod eius proprium erat. confirmatur ex sancto. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. ad. 4. vbi sic dicit. Si vero ius firmatum sit quod alicui defuit praebenda, & aliquis propter in debitam causam procurat, quod reuocetur, idem est ac si ius habitum ei auferret: & ideo tenetur ad restitutionem & qualis, tamen secundum suam facultatem. sentit Paludan. in. 4. sent. dist. in. 15. q. 2. conclus. 4. arti. 2. expressius Caietan. ad sanctum Thom. loco praecitato. vers. ad confirmationem dicitur falsum esse. & in sua sum. verb. acceptio. pagin. 19.

Alius & sextus casus, in quo quis rem suam compellitur vendere, est fauore religionis. l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. fune. l. vt inur. in principio. ff. de sepul. vici. Septim. fauore Republicae. l. item verberatu. §. si. ff. de rei vendi. & ibi Angel. & Alberic. l. Lucius. ff. de iustio. Plen. Felin. in c. quae in ecclesiaru. d. costi. Boeri. aurea decisio. 322. incip. Vicinus an teneat. num. 2. ubi alios casus fallentis refert. Octauus, quis compellitur vendere suam rem fixam, vel ecclesiam, quando eis interest. Floria. post Guiliel. de Cug. in l. si quis sepulchru. ff. de relig. & sumpt. fune. Addition. Panor. q. plura singularia, quae sunt gratia eius vtilitatis, refert in verb. vtilitas communis. in c. bonae. de postul. praelat. super notabil. octano. Nonus fallentis casus est, q. quis compellitur vendere conuincto, vel consorti rei venditae offerenti pretium, pro quo fuit vendita, & praesertim extraneo. additio. Panor. in dicto loco. Et sunt leges Regiae Taurinae. 79. cum sequentibus

¶ Ley. III. que los gallineros que andan con el Rey, no tomen anes, ni caça, ni pescados por fuerza.

¶ El Rey don Juan el I. en Valladolid.
ADDICION.

¶ Esta ley se contiene en la ley 2. titulo. 16. lib. 6. Recopila.



MAndamos q los nuestros despēferos, o gallineros, o los de los grandes que anduieren con nos en la nuestra corte, ni otros algunos no se an ofados de tomar a ues, ni caças, pescados ni frutos ni otras co-

induceretur, si vnusquisque eius haberet facultatem comparandi sibi & suis necessaria. Ideo quae vique ad certam horam in diebus mercati prohibentur ne emanent victualia, quae ad ciuitatis provisionem veniunt, vt interim populares emere valeant necessaria sine impulsu reuenditorum, qui cupiditate futuri lucri, omnia sibi ascribere conantur; ob idque maximum detrimentum populares, praesertim pauperes, patiuntur, ideo optimo iure prohibentur, vt hic. & in l. octaua, cum duabus sequentibus. titulo septimo. libro quarto. infra. & in l. quadragesima octaua. in Pragmaticis Regum Catholice. Et in Curijs Pinciae anni 1548. est prohibita etiam in directe granu reuenditio, vt in fine illius compilationis inuenies poenam reuenditorum, ibi relaxam, cum suis declarationibus. folio quinquadagesimo primo. incip. *Don Carlos por la diuina clementia.*

quinque; de quibus infra in proprio loco dicitur in l. 6. titulo. 7. infra lib. 5. l. dudum. ubi plures casus refert. lo. Ign. in rep. nu. 79. C. de cōtra. empt.

¶ Lex. 111.

¶ Pagando los a precios razonables. Quod autem pretium dicatur rationabile, iustum, legitimumue, dixi supra in l. 2. Et adde Cardin. Turcrem. in capitulo. canonum. columna quarta. ar. secundo. numero. decimo tertio. de cima quarta. quae quarta. & quonot. Conrad. de contractus. quae. quinquagesima sexta cum pluribus sequentibus. *¶ No lo reuendan.* Reneditores in ciuitatibus, & alijs locis inducuntur rem carentia, que non

fas semejates de lo que se truxere a vender a nuestra corte, sino lo que fuere menester para nuestra despenſa, o para los señores, cuyos despenſeros fueren, pagando los a precios razonables^a, y no lo reuendan^b ni repartan so pena que el que lo contrario hiziere, si fuere persona de estado, por la primera vez pierda qualquier merced, o racion, o quitacion que de nos tuuiere: y por la

Lex. IIII.

a *Con las setenas.* Dubitari poterit, an exigens poenam virtute legis vel partium conuentione peccet Respondo q non. nam lex iusta obligat trasgressorem ad solutionem, & tenetur pati iudicis executione,

segunda vez pierda la meytad de todos sus bienes : y por la tercera sea echado de nuestra corte: y si fue re de menor manera por la primera vez este sesenta dias en la cadena: y por la segunda le den sesenta aortes : y por la tercera sea echado de nuestra corte para siempre.

Lex. IIII. Las ordenanças que han de guardar los gallineros.

El Rey y Reyna. ADDICION.

Esta ley se contiene en la ley 4. titul. 16. lib. 6. Recopi.



Esto es lo q mandamos q guarden los gallineros. Que paguen las aues que tomaren al precio que les esta, o fuere tassado por nos. Item que no reuendan las dichas aues a ningunas per-

Bal. in. l. 1. 2. lectu. nu. 37. C. vnde vi. Fortun. i tra. sta. De vltimo fine v. triusque iuris illatio. 18. Et est communis teste. Corne. in Conf. 69. col. penultima. nu. 39. libro. 2. & Couar. 2. parte Epitomes Decretali. c. 6. §. 8. num. 11.

vers. Quarto ex eadem ratione. vbi dicit, quod est apud omnes probatissima opinio, quando lex est iusta. Ex qua doctrina poteris respondere contra vulgares imperitos, qui existimant non posse exigi poenam ab illo, cui applicatur ex iusta legis, vel

fonas por mayor precio. Item que no tomen aues para dar a otras personas: saluo aquellas que fueren puestas en la nomina y a los del concejo : y a los enfermos de la corte. Item que no reciban dadiua por que escusen algunos lugares o personas: so pena que por la primera vez lo paguen con las setenas a lo que lleuaren por qualquier manera de las susodichas: la meytad para la nuestra camara y la otra meytad para el que lo ac-

pañi disposi tione: alias leges poenales potius inducerent peccatu, quam correctione, & metum subditis peccandi, quod non est dicendum. Adde tamen 10. Coraf. in. l. frater a fratre. in princ. num. 20. ff. de condi. indebi. qui defendit talem obligationem naturalem in delinquentibus non oriri ex consensu, & Couar. in rep. ca. alma mater. l. par. §. 10. num. 10. & u. de sententia excō. lib. 6. Sed de hoc latius infra dicetur.

b *Sean obligados in foro conscientie.* Similis est text. in l. 2. titu. 9. vbi dixi supra isto libro. 2. Quauis verbum, ipso iure, sit appositum in hac lege, cum similibus, non obligatur, trasgressor ad restitutionem poenae in foro conscientie, sed tan-

Fenese el segundo Libro.

sed tantum ad id, quod vere recipi. ex illa regula communi, quae apud Theologos, & Canonistas docet legem poenae in foro animae locum non habere. Nam regulariter quando imponitur poena ipso iure, antequam possit attendari executio poenae, debet proferri declaratoria. text. optimus & singularis in. c. cum secundum leges. §. fin. de haeret. lib. 6. Alexand. in consil. 103. incipit. Videtur prima considerat. nu. 17. lib. 1. Ludo. Roma. consil. 2. 11. col. penult. versic. Secundo moueor. Ergo lex poenalis in conscientia foro non obligat, nisi quod delinquens tenetur executioni legitime factae obedire. Et ita procedit opinio singul. gloss. in capitulo. fraternitas. duodecima. quaestione secunda. de qua fecimus iam mentionem in leg. 22. column. 166. versicul. Quæritur. titu. 3. supra lib. 1. & late. scripsim⁹ in. l. 2. verb. alas pagar. tit. 9. lib. 2. supra. Poena exacta debetur in foro animae, ne quis possit illam furto subtrahere. Bal. in. repeti. l. 1. nume. 37. C. vnde vi. Et est communis opinio secundum Corne. consilio. 69. numero. 39. libro. 2.

Vtrum autem munera, & carnia correctores recipere possint ultra salarium sibi constitutum per legem seu statutum? Est dicendum quod non l. 2. in capitibus correctorum. Et ibi de ceteris iudicibus, ac officialibus agit optimus aduocatus Petrus Nuncio de Auend. per plures columnas.

Quærendum insuper est, quæ damna inducat receptio munerum in iudicibus, & alijs Iustitiar

ministris: Respondeo quod plura. Primum est, quod excæcant iudicem. vt ex Ecclesiastico cap. 20. palam sit. inquit enim. Encænia, & dona excæcant oculos iudicium. Et habetur Deutero. 16. & Exod. 23. Nec accipies munera, quæ excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. l. 2. ibi. ciega. titu. 15. supra isto lib. 2. Montolo. in promptuar. iuris. verb. mutus. Latius per Guiliel. Peñalduum in. 2. parte suæ summæ. quæ de virtutibus & vitijs inscribitur. titu. De auaritia. §. quinto loco inter species auaritiæ dicendum est. vbi decem mala, quæ ex munerum acceptione proueniunt, eleganter declarat. Aurum. enim. & munera faciunt nolentē velle. Hippolyt. post alios, quos ipse refert, in repeti. l. vni. nu. 20. versic. Teneas tamen menti. C. de rapt. virgi. & in singu. 354. incip. Datio pecuniæ. Et cū his finem faciam, Deo Opt. Max. in numeras, vt par est, agens gratias, qui mihi licet in merito, & pene iam de mortuo, suam immensa & ineffabili bonitate atque misericordia vitam & incolunitatem post grauissimam ægritudinem restituere dignatus est. Is enim ille est, qui anno. 1557. mente Iulij (medicis post longam & finalem inter eos consultationem de mea salute de sperantibus) tanquam verus medicus, me vt opus hoc commentariorum inceptum (ni fallor) absoluerem. curauit, & amplius superflitem fore de creuit, Cuius ope, & auxilio fretus, cum secundilibri cōmentaria absoluerim, ad reliqua peragenda æquum est vt properemus.

Tom. j. Ec 3

Finis Commentariorum libri secundi Ordinationum Regni Castellæ.

LIBER. III.

TITVLVS. I. DE IVDICIIS.

De iudicijs. Exponit id est, de processibus iudicarijs, quoniam cōtra.

de proba. Sic accipitur in capitu. pia. in prin. de exceptio. libro. 6. & in capit. nonnulli. de rescrip. & in leg. etiam. in prin. ff. vt legato. nomine caue. & in l. sancimus. C. de iudic. & in l. si procurator absentem. ff. de procura. Vel interpretari possunt hæc verba, De iudicijs, id est, de iuris discussioe. glo. notanda est in extrauagan. frequentes. in prin. de iudic. inter communes. quæ dicit, quod iudicium, non a iudice, vt dicit Ioan. monach. sed a iuris discussioe, seu disquisitione. Nam causa est dū proponitur iudicium, dum discutitur: iustitia dum finitur. c. forus. de verb. significati. Vel dicitur a iudice, sicut a persona principaliori, non autem ab actore, vel reo. argum. l. qui explicandi. C. de accusa.

Quæro quot modis vox iudicium accipitur? Dico quod varijs modis. Et in primis accipitur per ordinatione causas discutende coram iudice: & est actus legitimus trium personarum, scilicet iudicis, actoris, & rei. glo. est in dicta extrauagan. Frequentes. super rubri. Hosi. in summa. de iudi. §. 1. Bald. Card. Panor. Imol. Deci. & Augusti. Beroi. in rub. isto titu. Hieronym. Gratus respons. 10. num. 18. lib. 2. & est communiter recepta. Facit illud Quintilia. lib. 7. ca. 5. Iudicium redditur, an reus causa sit mortis. Et gl. in §. præterea. verb. iudicium est. In li. quibus non est perm. face. testa. vbi enumerat quindecim acceptiones huius dictionis, iudicium. Et tradit Robertus Marantanus in practi. 2. part. num. 1. vbi in num. 12. definit præter docto. quod iudicium est iusticie ministratio, quæ fit a iudice in causa proposita coram eo. Sed prima supra posita est communis doctorum definitio, quæ impugnatur a doctoribus in rubr. de iudi. & saluatur resolutissimè, opinioes aliorum referendo ab Augusti. Beroi. nu. 24. cum sequenti. Sebastian. Sapia. etiam defendit in rub. nu. 1. ff. isto titu. Explicat Card. Sancti Sixti in summa. 2. q. 1. col. 1. num. 2. Eandem in effectu tenet Paul. in l. minus. num. 5. C. si aduersus rem iudi. Corne. consil. 58. num. 5. libr. 1. & consil. 209. num. 2. lib. 2. in tribus. ff. de iudi. cap. forus. de verb. signifi.

Quandoq; & 2. iudicium sumitur pro actione

LIBRO TERCERO.

Titulo. I. De los Iudicis.

zios.

vt iudicium familie eriscundæ, id est, actio. cap. ex literis. de proba. in tribus. ff. de iudic. Quandoq; 3. est lis, siue conuentionis, vt iudicium pendet ex hereditate. l. 1. 2. respons. ff. ad Trebell. l. quod debetur. ff. de pecul. Quandoq; 4. est autoritas.

vt ne gotia ecclesiastica nõ sunt iudicio laicorum difponenda. capitu. decernimus. de iudi. Quadoq; 5. est forus. vt

causa iuris patronatus debet diffiniri iudicio ecclesiastico, id est, in foro ecclesie. c. quãto. d. iudic. Quandoq; 6. est arbitrium. c. a iudicibus. 2. q. 6. l. arbitro. ff. qui satisfacere cogantur. cap. ab arbitris. de arbitris lib. 6. vbi probatur arbitros iudices dici ergo & arbitria iudicia. Quandoq; 7. est voluntas postrema disponentis. text. in §. plane. vers. nec vllorū. ibi: & per hoc vera iudicia subuertentur. In li. de milita. testa. l. 1. C. de sacrosan. eccle. vt iudicium testatoris nõ debet esse cassum. cap. licet. de sepultu. lib. 6. Quandoq; 8. est questio. vt iudicium ambiguum est ad Papam referendum. c. per venerabilem. §. rationibus. qui fil. sint legit. l. quoniam. C. de ordi. iud. Quandoq; 9. est discretio. vt furiosus, & impubes non possunt esse iudices, quia carent iudicio, id est, discretionē. cap. graue. de præben. l. cum Prætor. ff. hoc titu. Quandoq; 10. est sententia. vt iudex punire potest eos, qui suo neglexerint parere iudicio, id est, sententiæ. c. de causis. de offi. delega. c. si duobus. in fin. de appella. c. si de præscrip. l. qui concubina. §. si heres. ff. de lega. 3. Et ita sumi potest Exod. 23. In iudicio plurimum nõ acquiesces sententiæ: vt a vero deues. Et Ecclesiasti. 18. Ante iudicium iustitiam tibi para. Quandoq; 11. est instantia. vt iudicium petit triennio, id est, instantia. l. properandum. C. de iudic. c. venerabilis. eod. tit. u. Quandoq; 12. est potestas iudicandi. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Quandoque 13. est perniciēs. Vnde Apostol. 1. ad Corinth. cap. 11. Qui manducat, & bibit indignè corpus & sanguinem Domini, iudicium sibi manducat, & bibit. Quandoq; 14. est poena. vt in. Matthæo. Qui occidit, reus erit iudicio, id est, poenæ. Et iuxta illud, Quibona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in resurrectionem iudicij, id est, poenæ æternæ. Quandoq; 15. accipitur pro exsistimatione, siue opinione alicuius, quemadmodum iuris partit respondent, saluo meliori iudicio rectius sentientis Cicero de cla. orat. intra quem parietes aliud eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est cõsecutus.

secutus. Alię acceptiones videri possunt apud Io. de Turrecremat. in sum. 2. q. 1. vbi tractat questionem nota. Vtrum licitum sit in Republica hominem de homine iudicare? Et glo. in §. præterea. In li. quibus non est perm. face. testa. verb. iudicium.

Contra istam definitionem iudicij, de qua supra habitum est, oppono. Non solum tres personæ, sed etiam quatuor in quolibet iudicio interuenire necesse est. c. forus. de verb. signi. & in cap. 1. 4. q. 4. ergo definitio non est bona, cū debeat continere rem definitam. l. 1. §. dolum. ff. de dolo. gl. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. Sed cum sit cõmunis, defendere oportet. Ideo que respondendū est, quod ad esse iudicij necessitate præcisã & formaliter, tres personæ requiruntur, vt in definitio ne sed ad bene esse, & ex quadam necessitate cautatiua quatuor adesse debent, scilicet, vltra iudicis personam, actoris, & rei, testium personam non præcisè, sed ad effectū, vt actor obtinere possit. quia, actore non probante, reus absoluitur. c. vni. vt eccle. benef. c. si. de iure iur. Hippoly. sing. 169. incip. Nota. est regula. Sed interuentus testium in iudicio, non est præcisè necessarius, quoniam sine testibus iudicij, & sententia valida est, secundum Azo. in sum. C. de iudi. Bart. in l. prolatam. col. 1. C. de senten. & in l. per hanc. C. de temp. appella. Alexan. consil. 105. num. 4. col. 2. libro 5. Et sic intelligendus est text. in dict. ca. 1. 4. q. 4. Et in allega. c. forus Confessio inquisiti sufficit ad condemnationem ipsius, nec sunt necessarii testes, sed in subsidium. l. vni. C. de confess. l. 7. tit. 3. part. 3. Etiam si confessio fuerit facta in processu nullo, debet sequi condemnatio. Singularis est doctina Innocen. in cap. qualiter & quando. col. 3. num. 7. de accusa. versic. Item ad prædictas poenas. Panor. in cap. dilectus. col. fin. num. 14. de resc. & las. in l. cum te transegiisse. num. 5. C. de tranfact. Curti. in l. manifeste. num. 14. ff. de iure iurand. Guiliel. Benedi. in cap. Raynutus. verb. mortuo itaque. in l. nu. 6. de testam. Guid. papa decif. 12. q. incip. Dominus Antonius. Catechian. Cota in memorialibus iuris. verb. confessio. vers. quantum singulare. Rodericus Suarez in repet. post. rem iudicatam. notab. 3. num. 5. ff. de re iudi. Et est cõmunis opinio secundum Francisc. de Aret. in citato. c. qualiter & quando. n. 32. Tenet etiam Panor. in cap. at si clerici. col. 2. num. 5. de iudi. 3. Deci. ibi col. 2. nu. 3. Hippolyt. in repet. rubrica. C. de probatio. nu. 88. & in singul. 201. & 374. in l. 1. §. diuus Anto. num. 12. ff. de quæstio. in quibus locis dicit hanc communitatem opinionem, & in consil. 48. num. 3. & consil. 46. num. 17. & Ioan. Bernard. in practica canonis

ca. crimina. c. 119. verb. confessionibus. Limitatū vt per Deci. in d. c. at si clerici. & Hippoly. singul. 201. incip. In confessum nulla sunt. Quibus adde Bart. & eius additio. in l. si ita stipulatus. §. Chrysofonus. num. 3. ff. de verb. oblig. & Matthesi. in gu. 53. incip. Nota vtilem. Si vero factum seu delictum fuerit negatum, & reus fuerit testibus conuictus, sine confessione erit condemnandus. text. secundum Bald. in cap. ad nostram. col. 1. fi. vers. & nota. de proba. Sequitur Hippoly. singul. 108. textus expressus est pro sententia Bald. in l. qui sententiam. C. de pœn. Item probatur ex l. 9. titu. 11. infra hoc libr. l. ibi, pruenet con dos bombres. Item huic solutioni ad stipulatur, quod in omni dispositione tractatur per prius, & non posterius, vel per id, quod venire potest in subsidium. l. 1. §. denuntiari. ff. de vent. in spi. glo. singul. in l. de vno quoque. ff. de re iudic. vbi citada est pars, cui negotium principaliter tangit, non tamen requiritur, quod citetur persona, cui incidet damnum euenire potest. vt contingere potest in possessore maioricatus viuente successore legitimo ex vifundationis. Quod est singulare. Consulo tamen ad cautelam, quod citetur, quemadmodum citari solent. per generale proclama prætentendentes interesse. Igitur ad definitionis propositæ institutū redeundo, bene definitur a communi. dicenti, quod est actus trium, & nõ quatuor personarum: cum sit præsumendum pro reo, quod interrogatus a iudice dicet veritatem, quilibet enim præsumitur bonus quo ad mores. c. dudum. de præsumptio. glo. in cap. 1. de scruti. & in l. cum pater. §. rogo. ff. de legat. 2. Et iure nature hoc procedit. glo. in l. fin. ff. quod met. caus. Angel. in l. sciendum. in fi. ff. de verb. oblig. Socin. in consil. 15. incip. Omnipotens Deus ad sit. Vitis prædictis instrumentis: col. 4. num. 15. lib. 2. Hippoly. in l. 1. nu. 67. C. ad leg. Corneli. de scar. Alciat. in tracta. de præsumptio. reg. 3. præsumptio. 2. Casar Lamberti. de iure patro. §. art. 10. q. principal. 1. partis. 1. libri. nu. 44. Latus in 2. arti. 10. q. princip. 1. partis. 2. libri. nu. 6. Corne. consil. 165. num. 60. lib. 2. & consil. 181. num. 62. & consil. 121. num. 5. in eod. 2. libr. & consil. 28. num. 4. lib. 3. & consil. 176. num. 10. lib. 4. cultores enim veritatis esse debemus. l. 1. C. de edicto diui. Adri. toll. Homines enim ad veritatem nati apud, semper meliora, & veriora sequuntur, secundum Aristot. 2. Rhetoricorum. Vnde mendacium opponitur veritati, secundum Augusti. in libr. contra mendaciu. Et Thoz. 2. q. 110. Ergo non est præsumendum delinquere. l. merito. ff. pro socio. Et sic probatio, quæ sit per testes, est subsidiaria. Et secundum vltimè inquirendum est, Quare dicitur est in hac rubrica. De iudicijs. in numero plurali. Tom. j. Ec 4 & non

& nō De iudicio, in singulari, idq; patet in rubricis isto titu. in libris. C. & Digestorū, & in Decretalibus, Sexto, & clemētis. Respondent eleganter scribētes in rub. De iudi. quod ideo dictū est, quia duo sunt iudicia, aliud scilicet civile, & aliud criminale. De quo dicitur in l. destitisse. ff. de iudi. c. dilecti. de iudi. & c. at si clerici. & cap. cum nō ab homine. eod. titu. glo. & communis in rubr. ff. istu titu.

Contra istam rationem docto. iudiciorum distinctionem inducentem potest opponi vnico argumento, quod huiusmodi est. Non debet fieri per plura id, quod fieri potest per pauciora. §. qui bus. in. i. consli. C. clemē. auditor. de refer. vnde cum iste terminus iudicium, generaliter sumptū comprehendat vtrique scilicet iudiciū civile, & criminale, nō probē dictū est, de iudicijs: & consequenter gloss. & communis peius fecerunt illo modo exponendo, cum potius deberet in singulari, de iudicio, dicere. Quod optimo corroboratur fundamento. Nam vis videre, quod si dictum esset de iudicio, sub hoc termino, iudicio, comprehendere de necessitate iudiciū civile, q̄ criminale? Quia in rubricis superioribus de iudicijs, visum est de remedijs, quæ oriuntur tā ex causis civilibus, quam criminalibus: vnde cum remedia criminalia sub iudicio criminali, & civilia sub iudicio civili discuterentur, merito si iuris lator dixisset, de iudicio, intelligeretur tam de civili, quam criminali. Solui potest, quod ita dictum est, de iudicijs, vt distinctius, & clarius iudicia ostenderet. Nam si dixisset, de iudicio, aliquid redderet confusum, cum multiplex sit iudicium, vt dixi supra in. quæst. argum. text. in. §. cum q; hoc Deo. in Procemi. In situ. Item quia sumus in rubricis, in quibus non versatur præiudicium, vel saltem modicum, de quo non curat Prætor. Vel ita fuit voluntas Iuriscōsultorum. Et non abs re. dictū fuit, De iudicijs, & nō, De iudicio: quia terminus, iudicium, debet correspondere legibus sub eo sitis, quæ loquuntur de vtroque iudicio, tam civili quā criminali, & sic in rubricis Digestorum. Codicis, & Decretalium habetur de vtroque, vt faceret ad titulum illa iura dictum est, De iudicijs. Quia debent esse collocata sub congruis titulis, & respondere rubro, sub quo est lex posita. ff. de condi. indebi. ideo dixit, De iudicijs, in definitē. Tum etiam propter nimiam facilitatem, vel propter nimiam subtilitatem, nec reddi, nec inueniri potest vera ratio istius quæstionis. l. non omnium. ff. de legib.

Tertio modo iuxta prædicta. Quæro de alia distinctione iudiciorum, quæ necessaria, & admodum utilis est, vis potissimum prædictis. Et hæc quæstio est, Quot reperiantur iudicia: Ad quam quæ-

sitionem responde ex dictis in superiori quæstione. 2. Aliud esse civile, aliud criminale, aliud mixtum Civile dicitur iudicium, quod petitionem alicuius rei cōtinet absque origine alicuius criminis, vt ex causa mutui, venditionis, locationis, vel huiusmodi. l. properandum. in princ. C. de iudi. Specula. de contum. §. sequitur videre. num. 1. Bald. in rub. de iudi. col. 1. §. tit. 4. part. 3. Criminale est, quod descendit ex delicto, continens pœnam contra reum inquisitum de crimine. l. seruos. Cad leg. Iuli. de vi publi. l. vbi. C. de fall. in princ. & per totum Insti. de publi. iud. l. 2. ff. eod. c. cum non ab homine. cum simi. de iudi. dict. l. 9. titu. 4. part. 3. Dicitur etiam criminale, quando pœna pœcunia est iusto applicanda. glo. in. l. 3. verb. aureorum. ff. de sepul. viola. & glo. in. §. in summa. verb. extraordinaria. Insti. de iniur. Et gloss. in. l. aut damnum. ff. de pœn. Guido Papa consil. 130. num. 1. estque cōmunis opinio secundum Curti. iuniorē in. l. 2. §. sed & si agantur. num. 2. ff. de iudic. Tenent Panorm. & communiter docto. teste ibi Ripa num. 92. de iudi. super rub. Et est vera, & communis opinio secundum Robert. Marantā. in sua pract. i. distinct. iudiciorum. nu. 7. pag. 80. Quando autem pœna esset applicanda parti, esset civilis, & non criminalis causa. glo. in. dict. l. 3. verb. aureorum. Invol. in rub. ff. de publi. iudi. Quæ sententia communis est, teste Iaso. in rubric. C. de iudi.

Aliud iudicium est mixtum, scilicet, qm̄ non merè civiliter, nec merè criminaliter agit, sed causa est inter civile, & criminale, vt in. c. tur. de proen. De cuius intellectu singulariter est consulendus Augusti. Berōi in rub. de iud. nu. 33. Et ibi Ripa. nu. 99. Robert. Marant. loco citato. nu. 73. pag. 104. vt quando pœna applicatur iusto, & part. vt in. l. 2. titu. 9. libr. 8. infra. & in. l. 2. titu. 3. libr. 4. foro legum.

Subdiuiditur secundo modo iudiciū in ordinariū, & extraordinariū. vt habetur in. c. quoniam contra. ibi, tam in ordinario, quam in extraordinario: de probatio. Ordinariū est, in quo concurrunt tres personæ, iudex, actor, & reus. c. 2. de offi. iudi. c. forus. de verb. signi. Ioan. Igne. in repe. tit. l. nu. 17. C. qui admittit. Vel est ordinariū, quando proceditur vel per viam accusationis, vel per viam actionis civilis, quæ sunt remedia ordinaria. l. nihil aliud. ff. de actio. & obli. & in princ. Insti. de public. iudi. Bart. in extrauag. Ad reprimendum. in verb. accusationem. & in rubric. ff. isto titu.

Iudicium extraordinarium dicitur, sine figura iudicij, vbi duæ tantum personæ interueniunt, & sic est iudicium trāsfiguratum, in quo non est aduersarius, sed tantum iudex, & petens, & per consequens

consequens vbi agitur iudicis officio, secundum Igneum vbi supra. Ex quo potest inferri, quod in extraordinario iudicio, cum non sit proprie iudicium, si ius potest agere sine licentia patris, sed in ordinario non: quia non censetur habere integrā personam, propter patriam potestatem. glo. in. l. si. §. necessitate. C. de bon. quæ libe. gl. in. l. 3. §. causa cognita. & in. l. si seruus. ff. de bono. posse. & in Leogi. §. si pater. ff. ad Trebell. & in. l. cum filius familias viaticum. ff. si cert. pet. quam ibi ponderat Roma. & gloss. in. l. 1. verb. cum ignorante. C. qui admittit. vbi col. 3. numer. 18. dicit veram, & cōmunem hanc sententiam Ioanes Igneus.

Quæro dubitari circa prædicta potest, Vtrum iudicium super crimine agitatum per viam inquisitionis, dicatur ordinariū, vel extraordinariū? In qua quæstione Innocenti. variauit. Sed verior sententia est illa, in qua firmat esse extraordinariū, secundum Deci. & Aretin. quæ protequitur Berōius à nume. 35. inclusiuē, vsq; ad 37. in rub. de iudi. vbi videre licet. Innocen. opinio est in cap. cum oporteat. de accusa. & gloss. in. ca. quoniam contra. de proba.

Probatum quod si extraordinarium ex text. in cap. quoniam contra. de proba. Sed potest euitari, dicendo, quod simpliciter loquitur de extraordinario ad differentiam ordinarij, non tamen dicit text. inquisitionis iudicium esse extraordinarium. de hoc enim nullum verbum: & licet gloss. ibi de eo exemplificet, tamen illa expositio non est necessaria, cum aliter illud verbum, extraordinario, possit intelligi, vt ex glo. ibi colligitur. Sed dic, quod attempto ordine inquisitionis, ordinariū dici non potest, cum ordo procedendi sit extraordinarius. Nam ordo inuentus in hoc iudicio inquisitionis non dicitur solennis, nec præcisus, quæ consensu partium remitti potest. in. c. 2. de accusa. lib. 6. alias enim a iudice, nec a partibus remitti posset. vt habetur in. l. prolatam. C. de senten. & glo. notā in Clem. Sæpe. de verb. signi. in glo. fin. vbi habetur, quod solus Princeps poterit remittere ordinem iudiciorum. est gl. expressior in verb. mandamus. in. d. Clem. Sæpe. & glo. in cap. fin. de hæret. lib. 6. Lanfran. de Oriā. in repe. dicta. Cle. Sæpe. in prin. num. 3. dicit singul. esse Panorm. inquit notandam in cap. dilecti. col. 3. num. 5. & ibi Additio. de iudi. Philip. Fräch. in cap. statuta. nu. 2. de hæ. lib. 6. Augusti. Berōi in rub. de iudi. nu. 36. col. 15. & iterum col. 16. num. 37. Robert. Marant. in practi. 9. distinctio. principal. iudici. nu. 33. pag. 187. Item suadet. Nam signum, per quod cognoscitur quid esse extraordinariū est, qm̄ per ordinariū tolli dicitur: quia ordinariū facit extraordinariū cessare. in. ca. i. ff. de minorib. l. ait prætor. & l. eleganter. in prin. ff. dolo. l. si cū exce-

ptione. §. eum qui. ff. de eo, quod metus causa. l. in provinciali. & ibi Bar. ff. noui operis nuntia. Sed inquisitionis iudicium cessat propter iudiciū accusationis, quod dicitur ordinariū: quoniam si peruenit te legitimo accusatore, iudex, qui inquirere coeperat, ab inquirendo desistere debet. gloss. magna ad fin. in cap. qualiter & quando. 2. de accusa. & ibi Panorm. capitul. 1. 15. q. 5. Ergo statendum est iudicium inquisitionis extraordinarium esse, & non ordinariū, quemadmodum Innocenti. sibi contrarius tenuit in cap. dilecto. de senten. excom. libr. 6.

Quæro. 5. Iudiciū quot habeat partes? Respondendum est, q̄ tres. Principium, quod durat a citatione, vsq; ad contestationē litis inclusiuē. Medium, quod protenditur vsque ad conclusionem in causa. Finis vsque ad ipsam sententiā definitiuam computatur. text. in auth. ad hæc. C. de iudi. & ibi notat Iaso. col. 1. Barto. in. l. 2. num. 6. ff. de furt. Iaso. in rubri. C. de iudi. col. 2. Nicoiti. in repe. capit. quoniam contra. verb. citationes. nu. 52. de probatio. & Panormita. in suo processu. iud. fol. 7. col. 1. & Robert. Maranta. in speculo aduoca. 6. part. num. 1. text. in authen. vt defuncti, seu funera eorum nō iniuri. §. illud. versi. sanctus etiam. colla. 5. Est præterea notandum iudiciorum conditionē in triplici differentia esse. est enim vniuersale, generale, & particulare. vt melius q̄ alibi explicat Zaf. in. l. qua quisque. col. 2. num. 8. cum sequenti. C. de edend.

Quæro. 6. Vtrum ad hoc quod possit veniri ad citationem iudicalem, requiratur monitio extrajudicialis? Respondeo quod nō requiratur de necessitate iudicij, sed ex quadam honestate. text. in l. quidam Hiberus. ff. de terui. vrb. prædico. Et est opinio communis secundum Sebastian. Sapiētū rub. ff. de iudi. num. 9. Datur tamē cautela, vt semper fiat ista monitio extrajudicialis: quæ si non fieret, non possent repeti expensas, quæ fierent in citatione iudiciali. Bald. in. l. nō ignoret. C. de fructu. & lit. expen. Angel. de Perusio in d. debitores. col. 1. C. de pigno. & in. l. 3. C. de obsequijs patro. præstand. Bat. Guil. de Cun. & Salicet. in. l. edita. C. de edend. Specula. titu. de denuntia. & conclus. §. 1. circa prin. Anto. de Butrig. in cap. 1. de libelli oblatio. & in cap. nouit. de iudici. l. in. l. cert. cō. dictio. col. 1. num. 4. ff. si cert. petatur. & in. §. sic itaq; col. 8. num. 44. In sit. de actio. Ludo. Rom. in singul. 396. in ep. Alio sero dominus Manuei dixit michi. subiectens. Quod est menti tenendum, quia millies in facti contingentia habebis.

Dubitat. 7. Vtrum iudicium incipiat a citatione, vel a contestatione? Sit breuis responsio in hoc dubio practicable, q̄ iudicium proprie sumptum pro causa, & instantia, vt in titulo. De iudi.

incipit à lītis contestatione: improprie autem incipit à citatione quantum ad aliquos effectus, quos operatur citatio. Sententia est Paul. Castrensis in l. 1. num. 4. C. de iudic. & in l. amplius non peti. ff. rem ratam habe. communis secundum Francisc. Curti. iuni. in rubri. nu. 1. ff. de iudi. l. 7. tit. 3. part. 3. & text. in capi. ex parte. 2. de verbo. signifi. Curti. etiam tradit quos modis iudicium incipiat à lītis contestatione. in repeti. rub. C. de in ius vocand. col. 1.

Hic inferitur declaratio ad dist. capi. gratum. de offi. delegat. ubi habetur, quod ad perpetuandam iurisdictionem iudicis delegati, sufficit citatio. c. si à subdelegato. de offic. delegat. libr. 6. nota tur in cap. licet vndiq. cod. titu. Barto. in l. more maiorum. ff. de iurisdic. omnium iudic. ubi Paul. num. 9. & Angel. col. 3. dicunt, quod ista in definitē seruatur, & tenent Canonistæ, & est vera, & cōmunis opinio secundum Iaso. ibi num. 57. & magis communis secundum Francisc. Curti. in d. rub. C. de eden. nu. 5. Panor. & Deci. in c. relatum. num. 2. de offi. delega. glos. in verb. lītis. in præcitato. c. ex parte. de verb. signifi. Alexā. num. 30. & Deci. nu. 46. & Ioan. Bapt. q. 16. artic. 3. numer. 45. ubi ait illam esse communem sententiam. Legistarum, & Canonistarum. & Zaf. num. 35. dicit eam communē veram, & indubitā opinionē in d. l. more. ff. de iurisdic. om. iud. Et per. d. c. gratū. fuit obiectū Azo. quum esset aduocatus in causa delegata, allegando magno boatu. c. relatum. de offic. de lega. Alter aduocatus dicebat, Dñe Azo, aperite oculos, respicite. c. proximē sequens post. ca. relatum. scilicet. ca. gratum. & aliud defendetis. Et ita Azo. confusus tacuit. Propterea inuenit prouerbium, Relatum, & Gratū, fecerunt Azonem vituperatum, prout refert Ioā. de Imol. in ca. relatum. col. 2. de offic. delega. ubi testatur hanc esse cōmunem opinionē etiam de iure ciuili. Et ad text. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iudi. respondent docto. qui dicit, res geri cōperit. hoc intelligendum videlicet fore per citationem, cum citatio sit de processu, & sit actus iurisdictionalis. vt notatur per glo. in ca. prudētiam. in prin. in verb. citra formā. de offi. delega. & probatur in c. gratum. eod. titul. s. omnium. Insti. de pœn. tem. l. i. g. 4. Et est ipsa veritas secundum Lanfranc. in repet. ca. quoniam contra. verb. citationes. nu. 1. de proba. Imò secundum eum, ipsa citatio est primus actus. & processus. Bart. & Ange. in l. 1. ff. de in ius vocan. & probatur ex ordine titulorum. ff. veteris. Nam Iurifconsultus volens agere de iudicijs, primò posuit iurisdictiones iudicium: & postea appropinquando ad materiam iudiciorum, posuit titulum. de in ius vocando, vt designaret, quod ab eo incipit iudicium. vt declarat Bart. in rubr. ff. ne quis cum

a. c. p. m. et gra. de offi. delega.

qui in ius voca. & est fundamentum ordinis iudicarij, vt testis est Specula. titul. de citati. §. 1. Ex qua cōmuni opinione inferitur non bene dixisse glo. in l. & quia. verb. antequam. ff. de iu. om. iudi. dicentem iurisdictionem iudicis delegati per lītis contestationem perpetuari, non aliā. Quam ibi reprehendant communiter doct. Non obstat d. l. & quia. vt responsum est. nec text. in capi. relatum. de offic. delega. quia text. ille suppleri debet per textum sequentem in cap. gratum. secundum q. Imola in vtroque textu faceret. Licet aliqui dicant, quod d. c. relatum. correctum sit per capit. gratum. Sed melius est dicere, q. suppleatur, vt correctio vitetur. c. cum expedit. de electio. libro. 6. Et etiam in terris Imperij esset seruanda ista opinio communis, si lex regia non esset in contrarium, quemadmodum probat Ioan. de Imol. in dist. ca. relatum. col. fin. fretustali fundamento. Nam ex quo sunt opiniones inter Legistas, & reperitur expressē decisiū de iure Canonico citationem sufficere ad perpetuandam iurisdictionem, standū est iuri Canonico. per ea, quæ notantur in c. licet. de foro compet. & in cap. Rainutius. de testam. & in cap. i. noui operis nuntia. Quæ doctri-na est optima in actu practico, & à me copiose exposita in 3. quest. pro cœmial. colum. 1. 12. & 13. cum sequent. istius primi tom. In nostro tamen Regno regia lege statutum est, per lītis contestationem, & non per citationem coeptam litem dicit. l. 19. & 21. titulo quarto. part. 3. Alia est in contrarium imò quod per citationem dicitur lites cepta in l. 35. titulo decimo octauo. parti. ead. tertia. Et huic opinionij glos. in dist. l. & quia. accessit Iacob. Butrig. Cynus, & Rayne. ac idem Iacob. Butri. in l. prima. C. de lītis contest. Fundant se in ca. relatum. de offic. delega. Et ad text. sequentem. gratum. respondent, quod est seruandus in foro Canonico. Sed nulla est constituenda differentia secundum communem, nec est correctio, si supplet text. in dict. capitu. relatum. dum dicit, Si verò an telitis contestationem. per text. in dict. capit. gratum. scilicet, & ante citationem. Sed etiam in ista potest contra communem per text. in capit. meminimus. ibi, quod si ante citationem iter arripuerit. & c. de appella. Sed text. ille procedit quo ad effectum deuoluendi causam ad iudicem ad quem per appellationem, in causa nondum formata per contestationem. Si volueris videre opinionēs in hoc magno dubio, vide collectas melius quàm alibi à Ioanne Brunello in tractat. De dignitate & potestate Legati. conclus. 30. folio. 90. & ibi firmat communem opinionem veram esse, & citata aliqua iura ad eius confirmationem. Item līs dicitur pendere per citationem, vt ea legitime exequata, nihil nouari possit. vt in Clem. 2. & ibi fuisse pro-

fuisse probauit. vt lites pendentes. Itē ad effectū, vt per citationem præoccupetur, & præuenta sit iurisdic-tio: nempe si sunt duo iudices ordinarij, quorū quilibet habet iurisdictionem in solidum, & vnus facit citare, alius non potest amplius impedire, vt sæpe in practica versatur. glos. in c. licet verb. vt nō coeperit. de offi. deleg. l. si quis postquam. ff. de iudi. Item citatio dicitur de processu ad effectū, vt non possit committi die feriata. vt in l. dies festos. ff. de ferijs. Fallit in Papa. Clem. 1. de iudi. non sicut oblatione libelli. l. miles. §. sexaginta. ff. de aucti. Item inducit citatio interruptionē præscriptionis triginta annorum. l. sicut. C. de præscriptio. 30. anno. Felin. in capi. illud de præscript. Balb. in copioso, & elegantij præscriptionum tracta. 6. part. princip. quæst. 4. princip. num. 14. Per istos tamen effectus nulla sit nouatio, etiam necessaria, quia nulla qualitas adiungitur obligationi præstina, sed per contestationem verè incipit iudex, & per eam plures adiunguntur qualitates pristinae obligationi. quædam docet Paul. de Cast. in l. 1. col. 3. oppositio. 2. C. de iudic.

Octauo, est præterea dubiū. Aliquis contraxit in regno Hispania, putā, Salmantica cum Petro, nempe ex causa depositi, vel mutui, fuit exequutus in regno Aragonia, Est dubiū in hac exequutione extra regnum facta, quæ leges sint seruanda: Respondeo, quod quo ad formam iudicij iura loci, in quo fuit facta exequutio, potius quàm locum natæ obligationis seruanda sunt. l. vinum. in. ff. si cert. peta. in hac. ff. de iudic. l. 1. in prin. cip. ff. de viur. Bart. in l. 1. C. de sum. Trinit. quæst. 6. & quæst. 8. glos. in cap. in de heret. Sebastian. de rebus. in tracta. De iuris prudentia. tit. 6. de statutis. num. 29. pag. 37. Sed in his, quæ spectant, & pertinent ad substantiam contractus, vel obligationis semper attendi debet locus contractus celebrati, & secundum illius loci iura obligatio diffinienda est. l. 2. C. quemadmod. testa. aperi. ubi Bald. & communis. Bart. Paul. Alexan. & Iaf. in l. 1. diuo pio. §. sententiam Romæ. ff. de re iudi. Bald. in l. 1. quæst. 4. C. ne fili. pro patre. Ioan. Lupus in introductione rep. capi. per vestras. folio. 2. col. 2. versic. Ex quo inferitur. numero. 23. de dona. inter virum & vxor. Roder. Suarez. in l. post rem iudicatam. in declaratione. l. 5. tit. 8. infra isto libr. 3. quæst. 5. num. 26. fol. 168. colum. 4. Iaf. consil. 48. col. 2. num. 3. libr. 1. Anto. Gomez. in l. 64. num. 8. in ordi. Tauri. ff. de re iudica. quam nota, quia ego habui consultare in ea. Et sic obtentum fuit, & satisimè contringere solet.

Quarto. 9. Iudicia. vn de processerunt? Respondeo quod à iure ciuili. l. 2. in prin. ibi, omnia q; manu à Regibus gubernantur. ff. de origi. iur. Quamuis glo. verb. manu, exponat, id est, arbitrio. Illa ta-

men expositio non habet saporem, nec vtilitatem quia etiam. hodie omnia reguntur arbitrio Regum, & Imperatorum superiorem non recognoscunt. §. Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem. Insti. de iure natu. l. 1. ff. de constit. princip. verbum enim, arbitrium; non importat nudam voluntatem, sed rationem regulatam. l. fideicommissa. §. quæquam. ff. de lega. 3. Panormi. & Felin. in cap. 1. de constit. Et Princeps non ligatur suis legibus necessitatis vinculo, sed tantum vrbauitatis, & decentiæ funiculo. l. digna vox. C. de legib. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. fin. Insti. quibus modis testamen. insti. capit. proposuit. de concess. præbend. iuncto. ca. innotuit. de electio. Ergo verbum illud, manu, vt iacet, hoc est, potentia, est accipiendum. vt in. §. primo. Insti. de libert. vt sit sensus, quod in primis Romæ cunabulis ius reddebatur manu forti, & armata, qua hodie manu fiunt exequutiones contra rebelles. l. qui restituer. ff. de rei vendi. Hoc idem probatur in dict. l. 2. §. deinde. iuncto. §. post originem. inducēdo hoc modo. Dicitur in. §. deinde. quod actiones processerunt à lege. 12. tabularum, quæ fuit initium iuris ciuili: in illo autem. §. post originem. habetur, quod ex post fuerunt in vrbe creati certi Magistratus ad debita exequutioni iura demandandum, & scilicet actiones, & iudices ab vrbe processerunt cum legibus. Certum autem est, qd iudicium constat ex tribus personis verè, vel interpretatiuè, scilicet, actore, iudice, & reo. vt ibi mus. in. 1. quæst. huius tituli. Et Actor dicitur ab actione, sine qua experitur nullus. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gestis. not. in capi. dilecti. & in capi. examinata. de iudi. Quia igitur duæ partes substantiales ex tribus à iure Romanorum processerunt, sequitur ipsa iudicia iuris ciuili esse. Facit. l. nulli. ibi, cum duæ partes essent. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. l. non inatio. num. C. de Decurio. libro. 10. cap. licet de vitanda. de electio. quod duæ partes alicuius corporis, vel Collegij totum ipsum constituere videntur. Teneat glos. in princ. Insti. de obligatio. in verb. necessitate, ibi, cum omnia iudicia sint de iure ciuili. Et est communior opinio secundum Iaso. in. §. superest. nu. 43. de actio. Et ibi Ludouij. Gomez. num. 34. col. 14. firmat hanc communem sententiam doctor. & varijs fundamentis illam impugnare contendit. Et col. 16. nu. 41. dicit, qd vtraq; opinio in disputationis congressu possit sustineri.

dubitatur. 10. Iudicia ad quæ fuerunt instituta? Respondeo, qd sunt instituta, & reperta, vel distrahendarum cōtrouersiarum, vel puniendorum malefactorum causa. Ita Claud. Cantuicula lib. de offic. iudicis. c. 2. nu. 8. ubi ad hoc refert Ciceron. sic dicentem, Omnia iudicia, aut distrahendarum

controuerſariū, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt: quorū alterū leuiuſeſt, quod & minus lædit, & perſepe deſceptatore domeſtico iudicatur. Alterū eſt uehemētīſſimum, quod ad grauioſes res pertinet, & nō honorariam operam amici, ſed feruoritatem iudicis ac vim requirit. Quod eſt grauius, & cuius rei cauſa maximē iudicia conſtituta ſunt, idiam mala conſuetudine diſſolutum eſt. Nam vt quoq; res eſt turpiſſima, ſic maximē, & maturiſſimē iudicanda eſt. Et idem Cicero. Hoc enim ſpectant leges, hoc uolūt incolumem eſſe ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilijs, uinculis, damno coercet. Bonus text. eſt in l. congruit. ff. de offic. præſid. l. 16. tit. 4. part. 3. Inter iudicium Ciuile, & Criminale ſunt plures differentia, quanuis regulariter ſit procedendum in cauſis criminalibus ad inſtar ciuiliū. l. abſentem. ff. de poen. Baldus in l. qui crimen. colum. 3. C. qui accuſa. non poſ. Hippolyt. in præſid. cauſa. crimina. §. expedita. numero. 63. ubi conſtituit plures inſtantias, ſeu differentias inter vtrunq; iudicium, alibi latius dicam.

Vnde primo inquirendum eſt, Quot modis iudicium perimatur? Reſpon. quod quatuor modis ſibi querit iudicium ſine. Primo tempore, vt in cauſis criminalibus, quæ biennio finiuntur: & in cauſis ciuilibus, quæ triennio pereunt. Primum probatur per. l. 3. C. vt intra certum temp. crimi. quaſtio termine. l. 7. ibi. *Otroſi mandamos, que nin gan pleyto criminal pueda durar mas de dos años, y ſi en eſte medio non pudieren ſaber la verdad del accuſado, se nemos por bien que ſe aſacado de la carcel en que eſta pre ſo, y dado por quito.* tit. 29. partit. 7. De cauſis ciuilibus eſt text. in l. properandum. §. ſina. C. de iudi. l. 27. tit. 4. parti. 3. Notar Ludouic. Burgeſ. in rubrica. ff. de iudi. num. 14. Anto. Capi. deciſ. penul. Robert. Maranta. in Speculo aduoca. 5. parte. ubi ponit ampliaciones, & limitationes ad prædictam regulam. Nicola. Boeri. in conſuetudi. Bitoriceſi. tit. 2. Des coſtumes concernans les Iuges & leur iuriſdict. §. 23. ubi plures doctores referunt in materia iſtius inſtantia. Iaſon. in. l. 1. ff. ſolutio matrimonio. num. 20. Auguſti. poſt alios in cap. venerabilis. de iudi. Alexand. conſilio. 180. incip. In cauſa & lite. num. 1. libr. 6. Paulus Parſi. conſil. 138. col. 1. libr. 4.

Eſt tamen quaſtio, Si actor velit expenſas reſtituere, & de nouo cauſam agere finita inſtantia biennij in cauſa criminali, vtrum poſſit? Baldus in l. abolitionem. C. de adult. reſpondet quod non. cuius uerba formalia hæc ſunt. Et nota hic cauſam, quod ſi accuſator patitur labi tempus inſtantia, & ſi hoc modo tacite deſiſtit, quod ipſe non poteſt de nouo accuſare. Licet ſecus ſit in

cauſa ciuili, ubi finito tempore inſtantia, poteſt ipſe idem de nouo agere per nouum libellum. per. l. properandum. C. de iudi. Secus in cauſa criminali. argum. l. noſtra. Idem tenet Salicet. in. l. 1. C. vt intra cert. temp. & in l. properandum. §. ſin. C. de iudi. Ioann. de Anani. in cap. licet. colum. ſi. de accuſa. Anto. Capi. in deciſ. 206. Robert. Maranta. in Specul. aduoca. 5. part. nu. 43. pagin. 274. Petrus uero de Bellapertica in l. ſin. C. vt intra certum temp. diſtinctionem talem aſſignat. Aut teſtes non fuerunt examinati, & à poena non abſoluitur, & delicto, ſed ab inſtantia tantum. Aut teſtes fuerunt examinati, & tunc à toto, nempe à poena, & delicto abſoluitur. Et hanc opinionem ſequitur Carreri. in ſua præſid. §. 6. ſub uerb. homi cidium. numer. 369. verſic. Sed an perperemptionem inſtantia biennialis. Ioan. de Amicis in conſil. 139. col. pen. numer. 9. Et eſt opinio ſatis æqua, & rationabilis ſecundum Thom. Gram. voto. 31. num. 16. fol. paruo. 267.

Alia eſt opinio, quod lapſu biennij à litis conſtationis tempore in cauſis criminalibus inſtantia non percat, ſed accuſatus tantum abſoluendus uenit ab obſeruatione iudicij. Quam tenet gloſſ. in dict. l. ſin. in uerb. abſolui. Dicit gloſſ. expoſitiua, id eſt, ab obſeruatione iudicij, ubi Ioan. Fab. in uerb. cenſemus. Et Angel. ſub l. non erint. colum. ſin. verſic. in text. legis ſina. Et Bald. qui expreſſe inquit, quod debet ferri ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, ſeu proceſſus: ſed abſolutoria, ſeu condemnatoria ſuper crimine non tenet, quia non durat ſuper principali, licet duret in iſto articulo, in quo dubio reuocatur, an inſtantia ſit finita, uel nō: & ſuper iſto dubio emanat ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, aliā non eſſet neceſſaria. Confirmatur ex capitulo. 2. de colluſ. de reg. d. ubi crimen ſemel in iudicium pro poſitum, non eſt relinquendum à iudice in deciſum, nec ſub diſimulatione debet tranſire, quanuis accuſatus cum accuſato in gratiam rediſſent. & in cap. ſcripta. eodem tit. l. 9. tit. 4. lib. 4. for. legum. Ioann. Lup. de Palati. Rub. ſingula. in tra. ſta. De gubernatione regni. libro. 4. capit. 14. Et delicta non debent remanere impunita. l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquili. cap. ut fame. de ſenten. ex. commu. Hippolyt. Marſilius in conſil. 3. nume. 23. Et vnde cumq; crimina claruerint. punienda ſunt. cap. ecce. 24. quaſtio. 3. ergo pro confirmatione iſtius vltimæ opinionis, Et facit. l. 28. ibi, *y. execu ten la juſticia contra los que fueren hallados culpantes.* tit. 15. libr. 2. ſuprà. Ex quo fundamento poteſt inferri, quod non obſtante remiſſione facta ab accuſatore delinquenti, poterit iudex de nouo inquirere contra reū, & ipſum poena ordinaria punire. Nec obſtat. l. 22. tit. 1. part. 7. ibi, *vola quanto*

parano

parano recebir pena por ende. Quia eſt intelligenda, id eſt, per accuſationem, & acta facta à tranſgrediente. l. qui coetu. §. ſina. ff. ad legem Iuliam. de vi. Tradit late dominus Anto. Gomez in libr. De delictis. capitulo. 3. num. 55. ubi uide. Facit dictum Angel. in l. plerique. colum. ſin. verſic. in eadem glo. ibi, & etiam ante accuſationem in uerbo. ſed uide ne decipiariſ, quia non dico quod tollatur ius accuſandi, ſed quod recipiens ſatisfactionem non auditur ſi accuſat. C. quando ciui. actio præiudicet crimi. Sed non obſtat, quia iam fuit accuſatus, & non apparuit de delicto, & fuit exarceratus, & datus pro non criminoſo, & ſic liberatus, à poena, vt in noſtro Regno probant prædicta uerba legis partitæ ibi, *dado por quito.* Item quando poſt comiſſum delictum eſſet lapſum longum tempus, poena corporalis moderanda eſt. l. ſi diutino. ff. de poen. ubi gloſſ. dicit idem eſſe, quando aliquis ſteit pro crimine diu incarceratus. Sequitur Robert. Maranta. in Specul. aduoca. 6. part. pagin. 661. verſic. Item circa executionem. num. 60. & eſt frequenter recepta ſecundum Doctorem Marti. Nauar. in cap. conſideret. in prin. nume. 124. de poenit. diſtin. 5. & eſt ordinaria teſte Anto. Gomez in libr. De delictis. c. 1. nu. 8. ubi uide. Igitur ſi fuit in carcere per duos annos, liberandus erit, maxime cum delictum non fuerit probatum, & ſententia omni colluſione.

Ampliat quod locum habeant ſupradicta etiam in inquisitione, quam quia per eam de crimine cognofcitur, tum quia in quietio in locum accuſationis ſuccedit. Bald. & Alexand. in l. properandum. in ſin. princip. C. de iudi. Auguſti. Beroius in cap. venerabilis. num. 37. colum. 19. & colum. penult. num. 78. de iudi. ubi Bald. & Panor. mita. Robert. Maranta. in Specul. aduoca. 5. parte. numero. 6.

Amplia etiā diſpoſitionem. d. l. properandum. quod etiam in conſiſtorio Principis currit inſtantia, & perit: in tantum, quod ſententia lata in conſiſtorio Principis, peræpta inſtantia eſt nulla. glo. in authen. vt ſponſali. largi. ſpecialis ſit contractus. §. hoc quoq; uerb. præiudicium. colla. 9. quæ citat Matth. de Afflictis in deciſio. 283. verſic. Secunda nullitas allegabatur. nu. 4. & Thom. grammati. 18. nume. voto. 31. gloſ. in authen. Si appellatione. uerb. nullum. D. de tem. appella. Sed tenendum eſt contrarium ſaltem quo ad effectum, quia poteſt ferri ſententia etiā poſt triennium in conſiſtorio Regis. Bal. conſil. 217. col. ſi. libr. 3. Robert. Maranta. ubi ſuprà. n. 15. in 5. parte.

Amplia. 3. quia inſtantia iudicij currit, etiam ſi ſteterit caſu, uel alio impedimento, & eſt neceſſaria reſtitutio. vt probatur in l. 1. §. ſi quis propter. ff. de itine. actus, priua. & in l. ſed & ſi. Regorem.

§. ait Prætor. ff. ex quibus cau. maio. l. 2. ff. ſi quis cautio. eſt text. in dict. l. properandum. in principi. qui in diſtinctione uult, quod currat. Bald. in authen. Item ſi appellationem. C. de tempo. appellatione. Maria. Soci. conſil. 31. nume. 11. libr. 1. inter conſil. Bartho. Soci. vt ſi ſtetit per iudicem ſecundum communem opinionem teſte Soci. qui alia plura allegat in dict. conſil. 31. nume. 9. Et eſt magis communis ſententia ſecundum Robert. Maranta. in Specul. aduoca. 5. part. nume. 31. verſic. quid autem. & nu. 41. Conſilium tñ bonum erit ſecundum eum, ſæpius proteſtari, vt ſaltem obtineri poſſit reſtitutio in integrū aduerſus lapſum inſtantia. Vide Lucam de Penna. in l. 2. colum. ſin. C. de naufragijs. libr. 10.

Amplia. 4. in cauſis executiuis. & ſummarijs habere locum, & currere inſtantiam quam primum inceptum eſt cognofci de meritis cauſæ. Panor. in cap. venerabilis. de iudi. col. ſin. num. 22. ubi dicit, quo uide de facto dubitari de hac quaſtione, nec meminit ſe legiſſe. Sed Barba. ibi in add. miratur de Panor. quod non uiderit Bar. in d. l. properandum. §. & ſi quidem. ubi dicit, quod id eſt in cauſis ſummarijs. Et dicitur ſi in illis conſteterit eo ipſo, quod incipit tractari de meritis cauſæ. alleg. l. nihil. & l. nulla. ff. de procura. quod menti tenendum dicitur col. 2. num. 1. pluribus rationibus firmat Ludo. Roma. conſil. 174. Ampliſſime doctores, ſpectabilis domine colleteralis. col. 1. dubi. 1. Et Socin. conſil. 95. Capiendo primum conſultationis. lib. 1. ubi etiam col. 1. referit tenentes contrarium. Et Feli. in cap. penult. de iudi. col. ſi. num. 23. ubi inquit hanc opinionem ueriores eſſe de iure. Alexand. conſil. 50. Viſis actis cauſæ. col. 3. lib. 2. num. 7. verſic. Præterea & fortius. Robert. Maranta. ubi ſuprà. 5. parte. num. 4. ubi dicit ad maiorem declarationem, quod in huiusmodi cauſis ſummarijs ille actus, qui ſolet fieri poſt litis conſtationem in cauſis, in quibus litis conſtat, habet vim conſtationis, vnde ab illo actu incipit currere inſtantia. Panor. in cap. in ſinuante. in ſi. de offi. delegat. & in cap. venerabilis. num. 22. de iudi. Card. in clem. conſtitutionem. §. ſi de elect. colum. ſi. num. 7. Bar. & Bald. in l. nulla. & in l. nihil. C. de proce. Iaſ. in l. properadū. C. de iudi. per gloſ. quæ ad hoc dicitur ſingul. in c. 1. uerb. abſentia. de electio. lib. 6.

Amplia. 5. quod inſtantia. d. l. properandum. etiam ex conſenſu partium non poteſt prorogari. glo. & Bart. in d. l. properandum. & in l. 2. ff. de iudi. gloſ. in pragmatica ſanctione gallicana. titu. De cauſis. §. & ne. uerb. prorogationem. Et eſt opinio communis ſecundum Imol. in cap. penult. nu. 7. de iudi. & Robert. Maranta. in Specul. aduoca. 5. part. num. 23. Quid autem ſi interueniat iuramentum?

mentum? Vide glo. in d.l. proferendum. cum alijs citatis à Roher. Maran. ubi supra. qui tenent non firmari. Sed hoc est quo ad ius civile. l. non dubiū. C. de legi. Secus de iure Canonico secundum Ioā. de Imol. in d. c. pen. col. si. Bartho. Soci. tracta. fal len. regula. 182. incip. Instantia causæ principalis. Quid autem in instantia data ad appellandum? Vi de Imol. loco proxime citato. nu. 8. & glo. in dict. pragma. sanctio. gallica. verb. prorogatione. quæ tenet posse, saltem intelligi suspendi. clem. quadiu de appella. Et est communis opinio quod suspendi pos sit, non tamen prorogari secundum Augusti. Ber roium in capit. cum sit Romana. nu. 53. de appell. inibi que allegat contrarium sentientes. Et agit egregie de intellectu dict. clement. **Quadiu. de appella.**

Ampliatur. 6. dispositio. d. l. proferendum. quod etiam tale tempus instantiæ suspendi non possit ex consensu partium, nec iudicis. Bart. in l. prope rādum. in prin. de iudi. Hoc probat, dum ait. Quis erit modus: cogita quod erit tantum vnus modus, vt renouetur instantia. Ergo sensu, & expressè voluit, quod non possit suspendi, quia non esset tantum vnus modus renouatiōis. Voluit Soci. in cōsil. 31. col. 3. vers. ex quibus. num. 11. lib. 1. expressius Paul. de Cast. in d. l. proferendum. in prin. Et Pa nor. in cōsil. 16. incip. In presenti quaestione. col. 4. & seq. lib. 2. & est communis opinio secundum Hierony. Gratum cōsil. 15. col. 1. nu. 2. lib. 2. Quæ sententia est verissima in puncto iuris. Facit text. in d. l. proferendum. in prin. Nam vult omnes lites non vltra triennij metas post licem cōtestatam esse protrahendas. Quæ verba ex sui natura comprehendunt suspensionem, cum per suspensionem lites vltra triennij metas protraherent, cum verum esset à die litis cōtestatæ, tempus maius triennio præterijisse, seu præterire potuisse, quod quidem expressè per legē vetatur. Tum etiam, quia. d. l. lo quitur. in definitē, & in definita legis æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de leg. 2. Vnde perinde est, ac si dixisset, nullo modo protrahantur. Tum etiā, quia sumus in materia fauorabili, & publica, vt lites finiantur: quo casu verba generalia ita ge neraliter intelliguntur, vt nō patiatur aliqua restri ctionem, sed latissime accipiantur. vt traditur in nu. 8. ff. solut. matrimo. per Gratum in dict. cōsil. 15. lib. 2.

Ex quo infertur iuramēto non firmari, vt supra dixi amplia. 5. Bart. & Iaf. nu. 21. in d. l. proferan dum. Panor. in c. pen. de iudi. nu. 15. Quæ opinio manifestè probatur in d. l. proferendum. in prin. vbi lex ipsa omnino aufert potestatem ipsius litigan tibus ad prorogationem instantiæ, ac iudici præci pit, quod non obstat litigantium cōsensu perempta instantia per lapsum triennij, minimè procedat in

causa. Et est cōmunis opinio secundum doct. Co uar. in repe. c. quauis pactum. 2. par. §. 1. vers. ter tiō Bartolus idem. & c. nu. 4. de pact. lib. 6.

Ampliatur. 7. procedere etiam de iure Canonico. vt optimè probat Couarru. loco proxime citato. Sed cōmunis est in contrarium, quæquodmodi ipse fatetur ibi. imo quod instantia non perit de iure Ca nonico. per tex. in c. pen. de iud. c. si. de probatio. & c. cum olim. verb. iudices. de priuileg. glo. in c. vlti. de dolo, & contu. & in dict. c. pen. & in ca. an teriorum. §. ad hoc sancimus. 2. q. 6. quantum opi nio cōmunis est, secundum Felin. in d. c. pen. & Iaf. so. in dict. l. proferendum. num. 27. C. de iudic. Et Alex. cōsil. 64. col. 2. lib. 4. Et Barba. cōsil. 1. col. 21. lib. 3. Et in praxi est recepta, vt testatur Co uar. in d. §. 1. Et vltra eum est cōmunis secundum Ioan. Bernar. in tracta. regularum. cum fallentijs. regul. 38. incip. Instantia de iure Canonico. Phi lip. Corne. cōsil. 11. incip. Licet prima facie. col. 1. num. 2. lib. 1. Et cōsil. 10. incip. Vis nonnullis actis causa. col. fin. num. 6. lib. 4. Facit. l. 19. & ibi Grego. Lopez. in verbo, *tres años*. tit. 12. part. 5. Ex hoc deducitur, quod in foro ecclesiastico etiā in omnibus terris subiectis ecclesiæ, vbi testatur ius canonicum, nunquam perit instantia, siue in ciuilibus, siue in criminalibus. vt post Corne. & Felin. in locis ab eo citatis tenet Robert. Maranta. in speculo aduocat. per quem videas viginti & plures limitationes in §. parte.

Limitari etiam potest, quando pars interpella uit iudicem, aperiendo ei de compromisso peti to, præsertim si iudex interloquitur de pronuntia uerit instantiam amplius non currere in prædi cta causa, stante compromisso. Ratio, quia est legi tum impeditus factio aduersarij. Ita tenet Iaf. so. cōsil. 35. incip. Circa primum dubium. column. 2. vers. Circa secundum lib. 1. comprobatur hanc de cisionem ex Salicet. in l. si. per text. ibi post Cin. C. de adulte. dicēte, quod si statuto caueatur, quod causa terminetur intra certum tempus, illud tem pus non propterea currit ei, qui impeditur agere, & prosequi propter dilationem aduersarij. per il lum tex. & l. si. cum ipse. ff. de excusa. tuto. Secun do ad idem est glo. in signis in clem. Sa. pe. de ver bo. significati. in verbo, post dationem. quæ gloss. vult, quod si assignatus est terminus reo ad respō dendum positionibus, quod interim non currit tempus actori datum sibi ad probandum, donec reus est in negligentia respondendi. Quam dicit perpetuò menti tenendam esse Bald. in l. fina. co lum. 4. de fer. num. 11. & in dict. l. si. cum ipse. vbi subijcit, quod in practica est faciendum, quod iu dex declaret terminum non currere. Et Iaf. so. in dict. cōsilio. 35. colum. 2. idem firmat. cui gloss. est addendus Decius, eam allega. in capit. licet. 3.

notab.

notab. de proba. Tertio his astipulatur, quod no tate scripsit Bald. in l. si. in fi. C. de adulte. per tex. ibi in verbo, culpam, firmas ibi determinari qua sitionē, quod si per statutū assignatur alicui terminus decem dierum ad probandum, & actor facit quicquid potest in ista iudicium tempus, nec stat per eum, sed per aduersarium, quod istud tempus non nocet actori. Et ad hoc dicit etiam facere. l. intra vtile. ff. de minori. & l. si. cum ipse. ff. de excusa. tuto. Cui sententiæ etiam quatuor loco fauere videtur, quod egregie voluit idem Bald. in l. si. ad si. per gloss. ibi. ff. de edend. quod si aliquis tenetur mihi edere instrumentum, vel positiones, quod interim antequam edat, nullus terminus mihi currit. Et traditur quinto ex Bald. & Imol. in l. quadiu. 3. ff. de acquirend. here. dicentibus, quod si datus est alicui terminus ad probandum, & productis capi tulis, disputatur, an capitula sint admittenda, quod interim non currit terminus. l. 6. non lon ge abest pro confirmatione nostri dicti illud, quod firmant Baldus & Salicetus. per text. ibi in l. 1. C. de iuramen. calum. vbi post Specula. fa tentur, quod si iudex assignauit parti terminum ad probandum, & pars illa petit de calumnia iu rari, interim non currit terminus alicui datus ad probandum ad probandum. Dicit etiam Bal. ibi post Specular. in titulo. De dilatio. §. 1. in versicul. Sed nunquid, quod si alicui statutus est terminus ad probandum aliquam exceptionem, quod donec disputatur, an illa exceptio sit admittenda, vel non, quod non labitur terminus datus à iure ad ipsam probandum, ergo instantiam causæ per emptam non esse, imò a die petiti compromissi, vel impedimenti, defuisse curere, maximè iun cta interlocutoria iudicis, coram quo causa ven tilatur. Item & septimo facit regula. l. final. C. de annal. except. qua cauetur, si impedito agere non currere tempus prescriptionis. Iaf. so. in §. versus. num. 24. vbi Ludovic. Goimē. numer. 13. In sit. de actio. Panor. & Felin. in cap. ex. transmissa. de præc. Francisc. Arēti. in l. pacta nouissima. C. de pactis. Tenet Ioan. Igneus in l. dudum. num. 29. C. de contrahend. emptio. l. quæstionem. ff. de re iudi. l. 2. §. si non propter. & si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus. Ex quibus deducitur intellē ctus ad l. 11. regum Catholicorum, editam in op pido de Madrid. ann. 1502. quæ præcipit parti bus respōdere positionibus, quod interim altera tra pars, siue actor, seu reus fuerit petens, & pro testans, tempus probationis ei non currere. ante quam aduersarius respondeat in forma prædictæ legis de Madrid, & erit protestatio utilis prote stanti coram iudice. per prædicta: cum positio nes fuerint à iure inuentæ, vnde actor, vel reus rele uentur ab onere probandi. l. eum qui. ff. de iure

iuran. glo. r. in c. statumimus. de confes. lib. 6. Ergo reo vel actori reculanti respondere illis post iudi cis iussum, est causa impedimenti, quæ ipsi, & non colligant petenti declarationem positionum cum dicta protestatione nocenti causa esse de bet. Et hoc est singulare; & quotidianum in actu practico idem dici potest ad alias leges imponen tes certum tempus ad probationem faciendam, puta, decem dierum. vt est. l. 64. Tauri, ibi, *que los diez diez dias*. & c. l. 1. 10. in eiusdem declioni bus cum sibi similibus. quod si propinquus, vel dominus directus, vtilis, vel superflucius igno rarunt conuentionem, & venditionem factam in tra nouem dies ad eam retrahendam post tanto, facto, & malitia venditoris, non debet eis nocere, quominus intra nouem dies a tempore, quo scire potuerunt, & tracto aduersarij impedimento, retrahere possint. Quod in practica est verbum iuridicum, & notandum.

Dubitatur vterius, Instantia quæ dicitur: Et est dicendum, quod est exercitatio ipsius iudicij. Et incipit à cōtestatione litis, & durat vsque ad sententiam, si feratur: & si non feratur, vsque ad finem triennij. l. proferandum. in prin. C. de iudi. l. græcæ. §. & post licem. ff. de fideiuss. nisi per legem, vel statutum alia tempora super instantia essent instituta. Causa verò accipienda est pro ipso iure deducto in iudicio. vt est text. in dict. l. pro ferandum. in prin. ibi. ita quod omnes lites super pecuniarijs causis. Et bene probat text. cum gloss. in l. 1. in verbo. causa. ff. solut. matrimo. & doctrina Barto. in l. canas. C. de transactio. & in l. qui Ro mæ. §. Calimachus. ff. de verbo. obliga. Lis autem accipi potest dupliciter, proprie, & improprie. Improprie enim accipitur pro instantia, vt est text. in dict. l. proferandum. in prin. & melius in §. si. vbi glo. verb. nihilominus. Proprie autem ac cipitur, quando non solum comprehendit instan tiam, sed iudicium, & causam illius nomen. ff. de verborum signifi. gloss. est menti tenenda in cap. 1. §. 1. verb. litis. de procura. libro. 6. & ibi notat Domi. colum. 2. num. 5. & Philip. Fran. colum. 2. & Francisc. Curti. in l. postquam liti. num. 5. C. de pact. Sē sit glo. in dict. l. proferandum. §. si. C. de iudic. Ex qua doctrina quod appellatione instan tiæ proprie non veniat literis deducitur ad statu ta facientia mentionem de instantia, vel delitē, in quibus verba sunt proprie intelligenda. capit. in nostra. de iniur. Et idem cōsent Domini. Franchi, & Curti. in locis præmemoratis. Quod est no tandum.

Est autem dubium, Vtrum instantia perempta, percaus ordinaria iudicij, vel acta probato ria agitata in iudicio? Respondendum est pro veritate quaestionis conclusiue. Perempta instan

tia,

tia, pereunt omnia ordinatoria iudicij, vt libellus, litis contestatio, & similia. l. cum lite. ff. iud. solui. & ibi Barto. Sed agitata in eodem iudicio, non pereunt, gloss. in l. properandum. §. 1. verb. iudicij. C. de iudi. Barto. in l. 2. C. de edend. Ioan. Crattus in repeti. l. omnes populi. num. 139. ff. de iusti. & iur. & in l. si infulam. col. pen. versic. Secunda difficultas. num. 79. ff. de verbo. obliga. Bart. in l. 2. C. de fructu. & lit. expen. Quor autem modis pereat instantia, declarat Robert. Maranti. in Specul. aduoca. 6. part. quaest. 3. num. 49.

Vtrum autem instantia transeat in successorem? Imol. in cap. quia. g. nu. 3. & Panormi. col. 4. & 5. de iudi. tangunt quaestione. Deci. tamen ibi col. 2. num. 5. per conclusiones eam resoluit, vide per eum. Facit ad l. 4. tit. 2. lib. 5. infra. vbi instantia transit in clericum successorem laici, vt in eo foro teneatur ostendere testamentum, quo tenebatur suus praedecessor. Adde Decium vbi supra numer. 11. Barba. Consil. l. col. 8. libro. 3. citat Imol. in l. si cum hominem. ff. de fidei iusso.

Quid si perempta instantia, partēs velint eam communij consensu restaurare, an possint vnico ictu omnia acta? Dicendum est quod possint Bart. & doctores in l. properandum. in prin. C. de iudi. Et est communis opinio secundum Burpura. in l. is apud quem. num. 89. versic. extēdit. Alexander. C. de edend.

Intellige insuper, quod perempta instantia iudex nō potest iudicare in negotio principali, condegnando, vel absolueno: sed bene instantiam peremptam, vel se non iudicem, seu reum cōuentum ab obseruatione iudicij absolueno, & actorem in expensis fore condemnandum declarare poterit. per l. si qua. C. si intra cert. temp. l. si praes quasi desertam. & ibi gloss. C. quomodo, & quando iud. C. yn. in l. properandum. §. si verō causa. num. 5. versic. Vltimō iuxta praemissa. C. de iudi. Paul. de Castr. in l. non idcirco. §. cum postea. nu. 4. ff. de iudi. Roma. singu. 788. incip. Post lapsum terminum. Alexan. consil. 136. col. 1. numer. 1. libr. 2. & consil. l. 137. col. 2. lib. 2. & consil. 39. columna. 1. libr. 5. Decius consil. 14. col. 2. versic. Nam contumax. num. 6. libr. 1. Doctus, & verē ingeniosus doct. Francisc. Auiles in interpretatione capituli. 49. nu. 6. in forma secretæ syndicationis. in capitulis Prætorum. Sebastian. Vanti. in libro de nullitatibus processuum & sententiarum. titu. De nullita. ex defectu iurisdictionis. versic. insuper aduersitas. num. 127. Facit text. singula. & practicabilis in Clement. Abbates. de re script. ibi. Si quis autem aliquem contra iac vexare praesumpserit, in expensis sibi & interesse per iudicem (eotam quo vexatio fiet huiusmodi) eō demnetur. &c. Quem text. dicit telegantem, & iuris meliorem Barba. ibi

nume. 23. ad hoc quod iudex, coram quo quis iniuste trahitur, licet non sit cōpetens in causa principali, est tamen competentis super ex pēis in iudicibus super illo articulo, de quo cognouit, vtrum esset cōpetens, necne. singul. secundum eundem in cap. ceterum. col. si. de resc. Panormi. in. g. dilectus. 3. col. 2. nume. 1. de prebendi. notat Dec. in cap. vt debitus. nu. 6. de appella. Et hæc iurisdictiono est potius ordinaria, quam delegata secundum Panormi. in dist. cap. dilectus. Quod est notandum in actu practico pro intellectu. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. vbi habetur, quod iudex potest cognoscere an sit competens: sed si reperit se incompetentem, an possit super expensis factis in cognitione illius articuli pronuntiare. nihil enim eam lege de hoc habetur. Sed tu dic quod potest. per dictam clem. Abbates. quæ est singula. & notanda. quia quotidie practicitur secundum Barba. ibi. fol. parux impressionis. 31. col. numero. 23.

Dubitari potest, Vtrum ex conuentione partium instantia distal. properandum. prorogari possit? Et respondetur quod non, etiam cum iuramento, vt supra dixi ampliat. §. propter vtilitatem enim publicam id constitutum esse constat ex leg. properandum. C. de iudi. cap. fin. litibus. de dolo & contuma. c. vt litigantes. de offi. ordi. libr. 6. ergo non licet prorogare. c. si diligenti. de foro compe. c. contingit. de lent. ex com. Interest enim Reipub. vt quis res sua bene vtatur, & non male. §. sed & maior. In lit. de his qui sunt sui vel alie. iuris. & ne laboribus, & sumptibus quis vexetur. vt debitus. de appella. c. vt litigantes. de offi. ordina. libr. 6. Quæ vexationes, & molestie inducuntur litigantibus, etiam si victoriā reportauerint, vt satis sit semel vinci, quam sæpius vincere, aut diutius litigare, vt docet experientia, quæ est rerum magistra. §. quæ omnia. In lit. de satisfactio. l. certi iuris. C. de iud. Clement. Dudum. §. scimus enim, & ex euidencia facti colligimus. de sepultu. Clement. i. de acta. & qualita. Clemen. Dispensatio. de iudic. l. rem non nouam. C. eod. titul. cap. quam sit. de electio. libr. 6. cap. statutum. in princ. de resc. eodem lib. cap. pen. vbi gloss. versic. sciendum. 26. quaest. 4. cap. detestanda. de conec. prebend. lib. 6. tex. in authen. quibus modis natural. effici. legi. §. illud quoque melius. Paul. in l. per hanc. nume. 2. C. de tempo. appella. Et non obsecre etiam innuit text. in l. minoribus. 25. annis subuenitur. ff. de mino. Ex quo illud Martialis lib. 7. epigramaton.

*Luce bis decima numerantem frigora brumæ
Conterit vna tribus Gargaliane foris.
Ea miser & demens. viginis litigat annis
Quisquam, qui vincti Gargaliane licet.*

Ideo

Ideo nō immerito scriptum est in litem si res. §. vltimo. ff. de alienand. iudi. mutand. causa. fact. Hæc enim verecūda cogitatio eius. qui lites exaceratur, non est vituperanda. Cum aliis multis in hac sententiam allatis ab Alberic. in l. etiam in princ. ff. vt legato. nomi. canea. Lucas de Perina in l. litibus. C. de agri. & censu. libro. 11. Mathæ. Paco. in Commentarijs suis. titul. de manda. apostolic. & vt obuietur. Petrus Rebullus in cōcordatis in Procem. verb. sumptibus, Et Cicero libro. 2. officiorum. admonens a litibus, quantum liceat, & nescit, an paulo plus etiam quam liceat, abhorre, esse que non modò liberalis non nūquam de iure suo decedere, sed etiā fructuosam. Cui concinens gloss. in cap. penult. de emptio. & vendi. dicit, cum magnū commodum confestim, qui a litibus recedit. Ideo inquit. instrumenta post transactionem reperta, non instaurantur. Et sequitur Anton. ibi. Et Andre. Tiraquell. in lib. 1. de vtroque tractu. §. 8. gloss. 7. num. 21. Item quod non possit prorogari instantia, etiam cum iuramento, tenet Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fidei iusso. Ioannes Corsi. in l. admonendi. in. 1. parte. num. 50. ff. de iur. iurad. Et Vanti. loco iam allegato. pagina. 135. nume. 127. vbi tradit qualiter reuiscat instantia.

Secundò loco iudicium, seu instantia soluitur prohibitione. text. in l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Nam nulli dubium est, vt ibi habetur, quin iudicij soluitur, vtante eo, qui in dicare iusserat, vel etiam eo, qui maius imperium in eadem iurisdictione habet, vel etiam, si ipse iudex eiusdem iurisdictionis esset cōpetit, cuius erat, qui iudicare iussit. Tertio modo, seu quo comprehendendo tres casus. quos statuit dict. iudicium est per sententiam: nam iudicium ex re iudicata finem accipit. l. i. ff. de re iudica. Ludou. Burgess. in rubrica. ff. de iudi. num. 14. glo. in l. 2. verb. quaestione. C. vt lit pendenti. Curti. in l. vn. num. 66. C. de prof. seq. pecunia.

Quero, Cōceptum est iudicium coram vno iudice, an possit coram alio finiri? Et in hoc est dicendum, quod litē cōcepta coram vno tribunali, non potest trahi apud alium, donec lis sit finita per sententiam, obstat enim litis pendentia. l. vbi acceptum est iudicium, ibi. & finem accipere debet. ff. de iudi. l. si quis postea quam. ff. eodem titu. l. incola. ff. ad municipal. l. cum quidam puella. in princ. ff. de iur. omnium iudic. propoluit. de foro cōmpeten. adde. Mar. de Matrua singu. 276. Barto. in l. sepulchri. & ibi Additio. ff. de sepul. v. gla. Socin. consil. 237. colum. 1. libr. 2. Boer. in don fuerit. Bituricens. rubri. De costumes concernas les iuges. §. in verb. par preuention. Sebast. Vanti. in libro. de nullitatibus processuum & sentent.

rubric. De nullitate ex defectu iurisdictionis ordinaria. nume. 163. pagina. 149. Barbat. Felinus. num. 15. & deci nume. octauo. in capitulo. ex tenore. de rescript. Francisc. Curti. in leg. cum quid. nota. tertia. nume. 8. ff. si certum petat. Anton. Corfesi. in suis singularibus. verb. iudicium. Et ibi est pulchra additio. Hippolyt. singula. 239. Barto. in authen. Si qua in provincia. col. 1. nume. 1. C. vbi de cri. agi. oport. Iaso. in l. more. colum. 2. num. 1. ff. de iuridict. omnium iudic. Ioann. Bernard. in tract. regul. cum fallētis. regul. 382. verb. iudicium vbi semel.

Hinc inferatur impetrantem literas apostolicas ad delegatū facere debere mentionem de processu, & litis pendentia, quæ est super tali causa, pro qua postulatū rescriptum, alias commissio nem irritam esse non est dubitandum. cap. inter monasterium. de re iudi. cap. dilectus. de rescript. cap. in nostra. de procura. cap. 2. de dolo, & contuma. & cap. super eodem. de cohab. clerici. & milie. l. 2. C. vt litē pendenti. authen. vt diuina iussio. per totum. colla. 8.

Ex quo deducitur, quod si causa agitur coram ordinario, tenetur facere mentionem de tali litis pendentia, alias commissio esset nulla. text. secundum Panormita. & Ioan. Lup. ibi in repeti. cap. per vestras. 4. notabi. colum. 1. fol. 102. De dona. inter vitum & vxor. citat gloss. in cap. prudentiam. §. Sexta. verb. vbi aliam iustam causam Et ibi notat eam Panormita de offic. delegat. sentit glo. in cap. vt debitus. verb. si dicat. ibi dum dicit. iurisdictiono ordinaria iam cōcepta. Et ibi notat Panormi. de appella. Bald. in l. 1. C. de relationi. Intantum procedit, quod etiam non presumitur quod Papa (quauis possit) velit per suum rescriptum causam aduocare ad se pendente coram ordinario, vel delegato, nisi de litis pendentia faciat mentionem. Hosti. Ioanni. Andre. & Panormi. in cap. ex literis. de offic. delegat. Hosti. in l. i. summa. De offic. delegat. §. quam delegari. versic. sed nunquid potest reuocari. Ioan. Etip. vbi supra argumen. text. in dict. l. vbi acceptam est. ff. de iudi. Ratio, ne patiatur iniuriam iudex in iurisdictione. l. litigatores. ff. de arbitr. Secunda ratio potest esse: quia in tali lite coram pendente praesumitur magis instructus. text. in l. 1. & 2. ff. de quibus caus. ad eundem iudi. ea. Tertiatio: quia instantia est in diuidua. in hoc iudicio. ff. famul. herciscurid. ergo diuidi non potest. l. 2. §. & harum. & it. stipulationes non diuiduntur. & ibi Iaso. nume. 3. ff. de verb. oblig. Postrema ratio est: quia in iudicij cum quali contrahatur, non est admittenda variatio. l. si Prætor. ff. de re iudica. Ex quibus conijci potest decisio ad quaestione illam de laico factu clerico quando exi-

Tom. j. ff. matre

matur a iudice seculari de gestis in habitu seculari. Et videtur dicendum, quod non fortiaur forum ecclesie, sed seculari, cui fuit subiectus statim, quo commissit delictum. l. ff. de poen. vbi Barto. Idem Barto. & alij secundum Ias. per text. ibi in l. cum quedam puella. ff. de iur. omnium iudi. vbi subijcit, facta prius degradatione. Et hoc habeo pro indubitato. ibiq; ponit aliquas limitationes. De qua questione vide nota. per lo. An. & ibi Anto. Butriga. in cap. vni. de obli. ad ratio. Bart. in dict. l. ff. de poen. & ibi Alex. in additio. Oldra. consil. 4. Dyn. & Bald. in l. idem Vlpianus ff. de excusa. tuto. Frederi. de Senis. consil. 97. Anchar. in reg. ea quae de regul. iur. lib. 6. Iacob. Butriga. Paul. & Iaso. in l. ff. si ex nox. causa agatur. Archid. in cap. i. in quaest. Salicet. in authen. Statuimus. C. de epif. & cler. Panor. in cap. quod clericis. de foro comp. Felin. in cap. fin. fallen. 8. vers. & faceret haec de cost. Decis. capella Tho. lo. 143. & 147. & 388. Specu. de reo. in prin. Luc. de Pen. in l. final. C. de vete. lib. 12. Bartho. Brixien. in quaest. Veneri. incip. Aliquis litigabat. Alberic. in 3. part. stat. quaest. 4. in l. in l. consil. 118. Resolutus traditur ab insigni iurisperito. Petr. a Plaça in Epitome delictorum. lib. 1. c. 37. vbi concludit, quod erit iudex causa, & non persona clerici.

Ultra eos suadet ex l. si quis Romae. ff. de iudi. vbi in instantia transit in successorem, ac in eo loco, vbi coepit, finiri debet. Ad idem est notus casus in l. ff. de quib. rebus ad eundem iudicem. vbi si plures coram vno iudice egerint iudicio familiae hereditariae, & agant etiam communem diuidendo, vel finium regundorum, debet agere coram eodem iudice. vbi glo. verb. eundem iudicem. tres rationes ad hoc assignat. Facit. l. ff. de offic. proconsul. & l. haeres absens. s. apud Iubeonem. ff. de iudi. & leg. 1. s. de iello. ff. ad Trebellia. & ibi Iaso. vbi probatur idem esse in fideicommissario. Idem est in patre succedente filio, leg. tam ex contrahibus. ff. de iudi. vbi Barto. & Paul. Absurdum enim est, vt in vna eademque causa diuersa iudicia sequantur. l. final. C. de mod. mul. ff. de iudi. Continencia causa diuidi non debet. facit. l. penult. C. de pedan. iudi. l. nulli. C. de indi. Quae autem dicatur continencia causa, explicat Aciat. libro. i. iuris patergon. cap. 9. Item suadet ex l. ff. de offic. Praefect. Prato. vbi aduersus sententiam ab vno iudice latam, versus vice non potest peti sententia coram alio iudice. Facit text. in l. in causa. s. final. ff. de minorib. quoniam super eadem re non debet quis ad diuersos iudices trahi. l. i. s. final. C. de assertione tollend. Et diuersa iudiciorum inducit perplexitatem. qui de

crimine. C. de accusa. Ex quibus infero veram esse opinionem. Anto. de Prato. in l. in fin. ff. quae sententiae sine appell. rescind. cognitionem delicti commissi a clerico; & laico simul a iudicem ecclesiasticum pertinere; & non ad secularem. Socin. consil. 12. libro 1. Idem Socinus in cap. 2. column. 2. de mut. p. Felin. in cap. 1. column. 4. de praes. Thom. Ferraz. cautel. 10. Ferdin. Loazes in tracta. matrimonij Regis Angliae. 10. dub. numero. 20. Socin. iunior consil. 34. column. 1. libro. 2. Bartol. Soci. in l. Senatus. in fine. ff. de reb. dub. vbi dicit hanc sententiam in praxi receptam esse. Idem testatur se Mediolani vidisse Chassane. in consuetudi. Burgund. rub. 1. s. 5. vers. si. Archidiaconus. num. 70. Robert. Maranta. in Speculo. aduoc. de ordine iudicio. 4. part. distinct. n. nume. 22. & statim subijcit. nume. 24. rationem praedictae opinionis procedere in indiuiduis, non autem in diuiduis. Et tradit Doctor Couarru. lib. praes. quaestio. cap. 34. num. 1. vbi alios recenset. Hippolyt. etiam sequitur dictam opi. Anto. de Prato in singulari. Optimè Aym. Craue. consil. 23. libro. 2. Et confirmari possunt ex adductis à Ludouic. Gomez. in cap. inum. 47. de res. lib. 6. Et ab Hippolyt. in reper. rubr. ff. de fideiuss. num. 130. vers. Quinimo dieo. Igne. in l. 1. s. si quis in villa. nume. 27. ff. ad Sillaria. Inter caetera adducitur text. in cap. per ruias. vers. quod autem. de arbit. & l. si communem. ff. quem ad serui in quibus iuribus ratione indiuidui focius vtitur privilegio socij. Facit. nã à duobus iudicibus simul procedentibus, quorum vnus est clericus, & alius laicus, est appellatio interponenda ad superiorem ecclesiasticum, ratione clerici; & non ad secularem. Cardi. in cap. super quaestio. num. 5. si vero duo. vers. Quarta opinio. de offic. delegat. Item suaderi potest haec opinio. ex Anto. de Butriga. in cap. caeterum. col. 3. de iudi. dicitur cognitionem iurisdictionis quando est controuersa inter ecclesiasticum & secularem iudicem, ad ecclesiasticum competere tantquam ad digniorem. Et est communis secundum Ias. in l. ex quacunque. col. 5. nume. 20. si quis in ius voca. non inquit. Et est singulare dictum secundum Ferd. Loazes in tracta. super noua. conu. pagano. Regni Valentiae. col. 52. s. Decimoquinto haec. nu. 3. ibiq; refert dictum Anto. de Prato. in loco praallegato. hinc etiã Bar. in l. praecipimus s. eodẽ obseruãdo. C. appell. vbi additio. plura ad illu conijcit, & dicit Bar. sententiam veram esse volentis, quod clericus & laicus si sint tibi ambo rei dobandi, quod occasione clerici tamen laicus, quam clericus sunt conueniendi coram iudice ecclesie Sequitur Socinus consil. 82. col. 5. nume. 10. ff. 3. Francisc. de Aret. consil. 25. col. 5. nume. 3. vbi re

putat esse pulchram hanc Bart. decisionem. Barba. consilio. 36. column. 8. num. 5. libro. 2. & consilio. 83. column. 1. libro. 3. Et dixit ipse Bart. in l. solent. col. 2. nu. 14. ff. de alimen. & cibo. l. 2. q. quãdo haeres sunt laici pariterq; & clerici, & ab eis alimenta exigatur, quod talis petitio erit faciendã coram iudice ecclesiastico, & iudex secularis cogor laicos adire ad iudicium ecclesie. Et sic cogitur laicus ad prorogandam iurisdictionem non sui iudicis. Sed hoc vltimum est saltim secundum Alex. ibi ad eum. Quia nullus potest cogi iurisdictione prorogare, & iudex non tenetur, ideo est verior opinio Bar. in d. s. eodem obseruãdo. secundum quem intelligitur, ne tamquam in signum reprobis praeceptorẽ, opinio cuius est communis secundum Stepha. Auseri. in tracta. de pot. secula. super eccles. personas. nume. 15. q. 1. s. Item confirmatur. Nam mulier, quae commisit fornicationem cum clerico, efficitur de foro ipsius clerici, & in eo est puniendã ratioe clerici. Frederi. Senen. in consil. 167. incipit. Mulier caecata. col. 2. & Angul. in addi. ad Aym. de Aret. in tract. maleficio. in parte. Che me bai adulterato la mia donna. nu. 46. Postremo hanc sententiam, quod laici sint remittendi ad iudicem ecclesiasticum, tenet Paul. Paris. consil. 154. col. 1. in prin. nume. 1. lib. 4. & sequuntur omnes. vt colligitur ex Ioan. Neuizza in sylla nup. lib. 6. nume. 43. qui pro & contra plura expedit in hoc a num. praecedenti. 38. Ioan. Crot. in repe. l. 1. col. 4. vers. Quinto nota. nu. 27. ff. de lega. 1.

Sed his non obstantibus, credere in specie proposito, quod clericus tradatur iudici ecclesiastico & laici, qui mixtum delictum cum clerico commiserunt, seculari, vt vnusquisque eorũ puniatur secundum legem sui fori. Tum, quia si esset vera ista sententia, daretur laicis occasio delinquendi sub tutela clerici: cum in eo foro iudices ecclesiastici modicam, mitiorem, aut nullam poenam delinquentibus soleant imponere, quod non est dicendum: quia esset absurdum, & contra omnem iuris praedentiam. l. conueniri. ff. de pact. dota. potissimum cum de interesse publico Reipubl. agatur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vltima. de sent. exco. m. Bart. in l. quem admodum. col. 2. nu. 4. C. de agri. & censu. lib. 1. vbi dicit legem poenalem extendendam fore quemadmodum fauorabilem vbi agitur de delictis puniendis, in quo versatur fauor publicus. Conuend. Ias. in l. 1. num. 13. C. de sac. sanct. eccle. & in l. si certis annis. num. 3. C. de pact. & in l. si filius fami. col. 3. num. 7. ff. si cert. p. ta. & in l. caetera. s. si quis ad opus. nu. 20. ff. de le. ga. 1. Corset. in singul. verb. opus. num. 13. & in consil. 85. nume. 16. & consil. 94. num. 3. His etiam conij-

ci potest, quod inquisitio delicti & poena diuidua est inter delinquentes, ergo separentur, & non eludatur iudex secularis praetextu clerici in sua iurisdictione. Item vbi materia est diuidua, res per partes sumitur. l. vni. s. vbi autem. C. de cadu. tollen. l. ei qui non amplius. ff. de dona. causa mort. Item probatur. Nam fratres tributarij non liberantur a contributione pro suis partibus, si habet fundum communem cum alio fratre clerico. cum haec onera distribui possint per partes inter tributarios, non debet Respub. damnari pati, hos liberos, & immunes iudicãdo. Specula. de clericis coniuga. vers. Quid si clericus. Philip. Deci. in auth. Casta. & irrita. num. 9. C. de sacrosan. eccl. & in l. si emancipati. num. 5. C. de collat. Couarru. lib. praes. quaestio. num. 34. col. 5. reprobata opinioe contraria Hippolyt. in singulari. 80. Suadet etiam. Nam quod laici delinquentes debent conueniri coram ecclesiastico, esset eis dare privilegium, quod non est dicendum, cum cimen alicui privilegium dare non debeat. l. 1. C. vbi Sena. vel claus. Praeterea omnes loquuntur, quando causa est indiuidua, tunc socius gaudet privilegio socij. Sic ergo ex praedictis tenendum est, quod si clericus, & laicus committant delictum simul, laicus erit remittendus ad suum iudicem secularem, clericus vero ad ecclesiasticum. Et est opinio in praxi communiter admissa secundum Petr. Rebus. in procem. regiarũ consil. Gallia. glof. 7. nu. 117. & in auth. si libita. privilegio. 106. C. de filiis pro patre. Et q. prior opinio nunquam fuerit in practica, testatur Nicola. Boeri. in Confuet. Brixice. rubr. De iurisd. s. 9. col. 5. vers. Et vnũ rogo nota. Et Couar. vbi supra. Optimè per Aym. Cranete in consil. 23. incip. Dominus Nauizanus. & c. lib. 2. & respondet ad contraria. Et est. l. 123. vers. e si non clericus. in legibus Styli. Quod est notandum, vt in iudicij limine scias iurisdictionem defendere seculare, quae plus nimis a iudicibus opprimitur ecclesiasticis.

Praeterea inquirendum, Quae dicatur causa criminalis de iure regio, cum iam de iure communi actũ fuerit in superioribus. Quibus addendus est Ioan. Rogerius de Mota. in rubri. ff. de iudic. quã repetit. sub. l. 1. eiusdem titu. fol. patet impressio. nu. 15. vers. ad secundum. dum dicit glossa. Robert. Marant. in Specul. aduocat. 4. parte. de ordi. iudiciorum. dist. 1. & quae adnotauit Anto. Gomez in tracta. de delictis. cap. 1. Et videtur dicendum iudicium criminale illud esse, in quo poena mortis, vel tricationis membrũ, seu corporis affligitur, relegationisq; continetur. l. 9. tit. 4. part. 3. dũ ponit regulam hinc verbis. Criminal pleyto. sãto quie re de yr. como accusamiento, o querrela que faze en iurizõ y me contra otro sobre yerro, que dixẽ que ha fecho, de Tom. j. ff 2 quele

que le pue de venir muerte, o perdimiento de miembro, o o
tro escarmiento en su cuerpo, o echamiento de tierra. Et. l.
24. eod. tit. ibi fueras ende en pleyto en que cayesse justifi
cia de muerte de ome, o de perdimiento de miembro, o de
otro escarmiento de tierra. Et. l. 9. tit. 16. part. 3. ibi, *algũ
malicho del, de que pudiese nacer muerte, o perdimiento
de miembro, o echamiento de tierra, si le fuese prouado*
l. 12. titu. 5. part. 3. in vers. *mas sobre pleyto*. Et de illis
caulis criminalibus est intelligenda lex. 83. con
dita a Carolo Casare. V. Hispania; olim Rege
in conuentu de Madrid, anni. 1554. secundum
Nunium Aduandanium in dictio. legum Partita
rum. fol. 11. col. 2. versic. criminal. dicentem etiam,
quod apud Castellanos non intelligitur causa cri
minalis, in qua quis condemnatur in poena pecu
niaria fisco applicanda, Ratio quia non est de ex
pressis in prædictis legibus, sed nec est de mero
imperio. vt in. l. 15. titu. 4. part. 3.

Quo sit sententia communis docto. in rubri. de
iudi. secundum Aretii. ibi. & Bart. & Alex. in ad
ditio. ad eum. in. l. Prætor ait. in prin. ff. de sepulc.
viola. Panor. & A. Eneã. Falco. verb. fortiter. in
rub. de iudi. Alexand. in consi. 66. incip. Vifo pro
cessu causa. col. 1. vers. Solum ergo lib. 1. & cons.
81. eolum. lina. num. 7. eod. lib. Lanfran. de Oria
no in tractatu. De arbitris. 4. parte. num. 2. Rober
tus Marant. dicit verisimam & communem opi
nionem in Speculo aduoca. de ordine iudiciorum
in. 1. dist. in dictio. nu. 2. pagina. 81. eolum. 1. dicen
tium vnanimi consensu, quod quando poena ap
plicatur fisco, causa dicatur criminalis habere lo
cum de iure communi civilis & Canonico, nõ au
tem de iure nõ sui regni: quia nõ sufficit condẽna
tionem pecuniariam esse, nisi habeat qualitates,
de quibus in legibus istius regni. Imo dicit Auen
dani. loco citato, quod ante rem iudicatam dice
tur causa super crimen: post iudicatam vero dicit
causa fiscalis, quia tunc solum de utilitate fisci a
gitur, & ideo reus appellans a tali condemnatio
ne pecuniaria, & non corporali, posset relaxari fi
de iussoribus. Sed ista sententia mihi dubia est, tũ
quia de iure communi secundum communẽ sen
tentiam causa criminalis dicitur, quando poena
fisco in totum, aut in parte est applicanda. Quæ
opinio communis doctoribus in iure consistit.
Id autẽ inducere, esset in correctionẽ iuris, quod
longe est alienum a legum partitarum condito
ribus. Item quia fieret præiudicium fisco, quod
esse non debet. l. Prætor. §. si dicatur. ff. de iniur. &
ibi notat Angel. de in. l. licet. §. actorẽm. ff. de
procura. Et sic videmus, quod in debitis fiscalibus
nullus eximitur ante solutionem a carceribus. l.
4. titu. 2. lib. 4. infra. Item prædicta lex. 83. de Ma
drid confirmat opinionem, inspecto proœmio,
iuncta Casaris responsione, quod in causa descen

denti ex delicto quanuis pecuniaria sit, pendẽtia
appellatione, reus non sit dandus sub fide iussori
bus: sed condemnatio pecuniaria, quæ applicatur
fisco descendit ex causa delicti, vt quia fecit ali
quid, vel non fecit quod erat a iure prohibitum,
nempe quia conduxit redditus alicuius sacerdotij,
vel emit triticum, & postea reuendit, vel vendidit
vltra pretium taxatum sanctione Regia, vel hu
iusmodi, poena contrafacienti descendit ex legi
transgressione, quod crimen esse nullus dubitare
poterit. ergo. & c. Ideo q. leges Partitæ non loquũ
tur in hoc casu, nec in similibus, sed gratia frequẽ
tioris vsus verba fecerunt in illis casibus, quæ poe
nam capitalem, vel similem, quemadmodum est
relegatio, nõ tamen excluderunt alia crimina, quæ
vindictam pecuniariam fisco in se etiam indu
xerunt. nam iura iuribus concordari debent. cap.
cum expediat. de elect. lib. 6.

Tandem scire oportet. Quod dicatur iudiciũ
summarium? Dicendum est, quod illud dicitur,
quod summarie tractatur, nõ precedente libel
lo, nec litis cõtestatione, cum alijs solemnitatibus,
de quibus in. l. prolatam. C. de sent. & interlo. om
iudi. & in. l. 1. & in authen. offeratur. C. de lit. con
test. glo. in sum. 2. q. 1. glo. in cap. de causis. verb.
consensu. de offi. delega. Præposi. Alexandri. in
cap. dilecto. col. n. num. 27. de appellat. & ibi Phi
lipp. Franc. late agit de nullitatibus. Dicitur ergo
summarium, quando Princeps committit simpli
citer causam, & de plano, sine strepitu & figurã
iudicij, vt in Cle. 2. de iudi. & in Cle. Sæpe. de verb.
signifi. Bart. in extrauag. Ad reprimẽdum. vbi est
similis clausula, quomodo. in cri. l. æsa ma est. pro
cedatur. Bald. in. l. indices. num. 6. C. de iud. Berra
chi. in repero. §. clausula summaria. Card. in di
cta. Cle. Dispendiosam. quæst. 38. nu. 40. Hippo
lyt. singula. 102. incipit. Clausula summaria. Geor
gi. Nat. in repet. dict. Clement. Sæpe. & ibi Lan
franch. ab Oriano. Io. Petrus a Ferrari. in sua pra
cti. in formalibell in actione reali. §. ad euidentiã.
vers. Non nõ queritur. nu. 17. Cels. in tractatu clau
sularum. fol. 14. verb. summarie. Archiep. Floren.
3. part. titu. 9. cap. 15. vbi late declarat prædictam
clausulam. Robert. Marant. de ordine iudicio. 4.
part. dist. in. 9. nu. 2. qui pulchre loquitur. Obser
uandum tamen est illud, quod ibi docet, nullum
alium præter Principem non recognoscẽtem su
periorẽ causam committere posse cum tali clau
sula, simpliciter, & c. glo. fin. in. c. statuta. de hære.
lib. 6. & ibi Franch. num. 2. singul. secundum Lan
fran. in repe. Cle. Sæpe. in prin. num. 3. de verb. fi
gni. vbi est alia glo. simi. verb. mandamus. Panor.
in. c. dilecti. col. 3. nu. 5. & ibi additio. de iudi. gl. in
cap. in demnitibus. verbo, sine strepitu. de elect.
lib. 6. Robert. Marant. vbi supra. num. 3. Franci.
Aulca

Aulca in capitibus Prætorum. cap. 36. verb. sum
maries. nume. 5. Paul. Parisius. cons. 118. nume. 11.
col. 1. lib. 1. Constat. Nam ordo iuris est inductus
per supremum Principem, qui potest in totum,
vel in partem remouere taleius positum. c. pro
posuit. de cõces. præbend. l. digna vox. C. de legi.
Innocen. in cap. cum ad monasteriũ. de statu mo
nacho. nec inferior potest tollere legem superio
ris. Cle. Ne Romani. de electio. Facit text. in cap.
quod dilectio. de consangu. & affini. & Specu
la. titu. De legato. §. nunc ostendendum. vers. 75.
nu. 48. vbi habetur etiã legatum de latere nõ pos
se dispensare in gradibus consanguinitatis, vel af
finitatis a iure prohibitis. Couar. in Epitom. quar
ti Decretali. 2. part. cap. 6. §. 10. nume. 11. vers. nul
lus autem.

Ex quo deducitur ratio nõ leuis decidendi ad
leges regni, quæ volunt, quod in aliquibus casu
bus procedatur summarie, simpliciter, & de pla
no. & c. vt in causa gabellarũ. l. 19. titu. 2. infra hoc
libro. §. 1. 12. in quaterno gabellarum. Item sum
maria causa est illa, quæ non excedit 400. terun
cios, seu maraudis. l. 60. cõditã in oppido de Ma
drid. an. 1534. quæ iuris communis vtitur funda
mento, cum summaria causa dicatur breuis, & mo
dicæ summarie. text. in authen. nisi breuiore. vbi
Bar. & Bald. C. de sent. ex breuicu. recitand. gloss.
in authen. vt iudi. sine quo quo suffragi. §. neces
sitate in verb. non scripto. colla. 2. & in authen.
de manda. princip. §. sit tibi quoque. in. c. 2. glo. ff.
verb. breuiore. col. 3. Breuis, seu summaria cau
sa dicitur, quæ non excedit duos aureos. l. si oleũ.
§. fin. cum leg. sequenti. ff. de dol. & glo. in dict. §.
fit tibi quoque. Item dicitur causa breuis, quando
est talis, in qua plus expenderetur in sportulis,
quam sit valor causa. Bart. in. l. mediterranea. C.
de an. & tribus. lib. 10. Eelin. in cap. nõ nulli. col.
1. de rescrip. ne laboribus, & expensis in re modi
ca quæ grauetur, erit merito causa summarie tra
ctanda. argu. text. in cap. sinem litibus. de dol. &
contu. A. de Franci. Nico. in repe. cap. quoniam
contra. notab. 3. de probatio. Quæ autem dica
tur modica causa, est relicta iudicis arbitrio, se
cundum Bart. in. l. sed & si susceperit. §. 1. ff. de iu
dic. & in. l. diu. ff. de bon. damnã. Bald. in. l. 2. col.
3. C. de pedan. iudi. Felin. in. c. in causis. col. 3. nu.
2. de testib. expressus Bart. in. l. admonendi. nu.
54. vers. sed aduerte. ff. de iur. iur. quem sequitur
ibi la. nu. 172. in rep. & Ioã. Coraf. nu. 51. Curti
iunior. num. 67. qui hæc firmat communem opi
nionẽ lib. 1. respon. cap. 1. nume. 56. Robert. Ma
rant. de ordi. iudicio. 4. part. 9. dist. in. 73. glo.
in. l. sed & si susceperit. §. 1. verb. modica. ff. de iu
dic. glo. in cap. fin. de iudi. lib. 6. cap. de causis. de
offi. delega. Ex qua doctrina colligere poteris

quando est deferendum iuramentum in supple
mentum probationis: nam inter aliquos causa
magna diceretur duorum aureorum, & inter alios,
attenta qualitate personarum, causa mille dupla
rum esset parua, secundum Bart. loco proximẽ
adducto. & quantitas parua dicitur ad decem ca
stellanos vt q. 12. & ibi Grego. Lopez. verb. diez
marauedis. tit. 2. part. 3.

Quanuis autem causa sit summaria, debet fieri
petitio, quæ debet poni in actis: & licet non solẽ
nis, quemadmodum in plenarijs, tamẽ qualis qua
lis sufficit petitio, cum ex petitione debeat for
mari sententia. Card. in Clemen. Sæpe. §. non fic.
vers. Octauo nota. nu. 3. de verb. signi. Bal. in au
then. offeratur. nu. 5. C. de litis contell. & videtur
text. in dict. l. 60. in conuentu de Madrid condita
anno. 1534. per quã declaratur capitul. 36. in capi
tibus Prætorum. quod est in volu. pram. regum
catholicorum: ibi, dum requirit in causis summa
rijs, quod petitio detur in scriptis. scilicet vltra
400. marauetinos.

Est questio quotidiana, Vtrum in causis sum
marijs vnus testis, vel fama inducat plenã proba
tionem? Bart. in. l. 2. §. in vero post num. 1. C. vbi
in rem acti. & in. l. 1. C. quorum bonorum. Mat
thel. in suis sing. notabi. 2. Hippoly. in singu. 433.
incip. Trita est. vbi dicunt sufficere, nec neces
sarium esse iuramentum in supplementum proba
tionis in causis summarijs, & parui præiudicij. la.
in rep. l. admonendi. col. 90. num. 187. ff. de iure iu
rand. vers. Decimo prædicta regula. vbi ponit
plures casus, in quibus testimonium vnus testis
plenã probationem inducit. post Specul. titu. de
testib. §. restat. vbi scripsit. 30. casus. quos videas.

Item causa alimentorũ est summaria, ne duran
te lite ordinaria pctens detrimentũ patiatũ. Tam
en præstatio alimentorũ filio, vxori vel huic
modi personis facta, non nõcebit causæ principa
li. leg. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.
Et ibi Pet. de Bellapertica in sua repet. Alberi. in
l. lina. ff. de appel. recip. vbi dicit quod sententia
alimentorũ non sit principalis, sed incidens. tunc
alimenta sunt præstanda, & non appellatur. Re
buff. in consiliu. Galli. rub. De sententijs prouisi
o. arti. 1. glo. 2. num. 14. Quod est in practica nõ
tandum, quia quotidie tractatur in iudicijs. l. 7.
titu. 19. parti. 4. ibi, *el juez de aquel lugar de su officio
deue saber llanamente, e sin alongamiento no guardando
la forma del yuzgo q. deue ser guar dada en los otros ylti
ros*. Summaria etenim causa est illa, in qua agitur
de præstandis alimentis. Quæ suadetur, quoniam
expeditur de plano, & etiam diebus feriatis. l. 2.
ibi, alimenta constituantur. ff. de fer. l. 35. titu. 2.
part. 3. Alexand. in addi. ad. Bar. in. l. si quis a li
beris. §. si quis ex his. ff. de lib. agnosced. Bald. in

l. si quis in suo. num. 5. C. de inoffi. testamen. vbi dicit, quod causa alimentorum, est summaria: no sic in causa legitima, quia non est summaria, non obstante, quod legitima succedat loco alimentorum, quod est menti tenendum, secundum Bal. ibi.

Intelligenda est haec nostra assertio, quod iudicium istud in causa alimentorum sit summarium eo casu, quod agitur de alimentis praesentibus, vel futuris, non tamen quando quaestio est de praeteritis, quia isto ultimo casu non est iudicium summarium. Bald. in lege prima. col. 2. ver. si. Quero non quid. C. de fideicom. Item idem est obseruandum, si alimentum debeatur ex contractu. Bald. in l. non nunquam. col. 1. lectu. 2. ff. de iudicijs. Item intellige postquam summarie constat in iudicio, quod petens alimentum erat habitus pro filio, vel vxore illius, cui petitur, non aliam, dicta regia. l. 7. & l. 3. tit. 8. lib. 3. for. legum. interim. q. erunt expensa causa principalis ministranda a patre, seu a marito, vel monasterio, filio, vxori, vel monacho agentibus contra alterutrum eorum. c. ex parte. de accusa. Rota antiqua. decisio 798. Panor. Areti. & Fel. in dist. c. ex parte. lo. Lup. in repeti. rub. §. 39. in cipi. Ampliabis octauo. d. donat. intervi. & vxo.

Ley. I. Que los señores de los lugares no estoruen que vayan los pleytos ante el Rey, ni impidan la jurisdiccion Real.

El Rey don Alonso en Leon.
El Rey don Enrique I. en Toro.
El Rey don Iuan. I. en Valladolid y en Guadaluara.

ADDICION.

Esta ley se contiene en la ley. 1. tit. 1. lib. 4. Recopila. y vease la ley. 2. del mismo. tit. y lib. adonde se confirma el vers. si. desta ley.

Iurisdic^o a summa ciuil, e criminal pertenesce a nos, fundada por derecho comun entodas las ciuda-

ded. Chassan. in cosue. Burgudie. rub. 6. §. 4. verb. vestir & habiller. numero. 1. l. 16. & l. 20. titul. 16. part. 6. & glo. in l. feruis vrbanis. verb. cibarijs. ff. de lega. 3. quod rusticus non vestitur nisi cepis, cafeo, & fabis. Item rusticus non debet incedere eques. glo. not. in l. idemq. §. idē Labeo ait. verbo. cum oportere. ff. manda. Ex qua ibi Bald. infert, quod non debent eis refici expensa vesturaru. Et qd est ar. pro quaestione rustici produci in testem, qui noluit venire nisi eques, quod cogatur venire pedes: quare egretur non competit conditioni. Et ibi ad Bal. vid. additionem. De alimentis autē vxori, filio, vel certis alijis psonis prestadis, vid. per Guid. Pap. d. c. 439. incip. An vir teneat. Quid autem appellatione alimentorum veniat, est l. vidus. ff. de verb. signifi. Chassan. loco supra proxime citato bene loquitur verb. & alimēter. Bonifaci. in peregrin. verb. alimēta. Petr. Rebuff. in consil. regijs Gallie. 1. part. tit. tract. de sent. prouiso. ar. 1. glo. 2. num. 1.

des, villas, e lugares de nuestros reynos o señorios. Y por esto mandamos, que en la jurisdiccion suprema que nos tenemos en defecto de los nuestros juezes inferiores ningunos ni algunos de los señores que tienen, otuieren ciudades, villas, o lugares en los dichos nuestro reynos, e señorios, sean osados de im-

Item est summarium iudicium, quod competit heredi scripto ad consequendam hereditatem ex remedio. l. si. C. de edid. Adria. & c. l. 2. tit. 14. part. 6. De quo latius dicem in l. i. tit. 2. lib. 5. infra.

Item executiuum remedium, quo quis iudicis precepto virtute instrumenti publici compellitur soluere debitum in eo contentum, est summarium. l. 4. & l. 5. titul. 8. in fine. l. 3. vbi latius de eius intellectu & materia agam, & de alijs iudicijs, in quibus summarie procedendum est. Quoniam iurisdic^o est fundamentum iudicij, ideo de ea agit rex Catholicus in l. i. l. ius tituli ad cuius comētum his praehabitis me conuertit.

Lex. l.

Iurisdiccion. Super hoc verbo, Iurisdiccion, aliqua sunt

sunt praenotanda. Et in primis Quero, quid sit iurisdic^o? Conclasiue respondendum est cum gl. in l. i. verb. potest. ff. de iurisd. om. iudic. q. est que da potestas, de iure publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & aequitate statuenda. Ita etiam describitur Azo. in summa. C. de iur. om. iudic. Cyn. in l. imperium. col. 5. num. 8. ver. si autem queritur. ff. eo. titulo. Bart. & communis in dist. l. i. ff. de iur. om. iudic. Et quauis multa opponantur per docto. tamen ista est vera & realis definitio secundum Paul. Orbanum in rep. rub. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdic. col. 4. nu. 9. Et Paul. de Cast. in l. i. num. 2. eo. tit. Chassan. in consuetud. Burgundia. rub. 1. in prin. col. 3. num. 8. ver. iurisdic^o enim. Fabian. de Monte. in tracta. de emptio. & vendi. quaest. 4. prin. num. 11. Et dicit communem Alciat. in cap. quod sedem. num. 34. de offic. ordina. Doctissimus Doctor Ioan. Orosci. probitatis & eruditionis rarissimum exemplum in dist. l. i. ff. de iurisd. om. iudic. nu. 37. Augusti. Beroi. in rub. de consti. num. 52. Communem contra communem in hoc vi. per eund. Io. Orosci. in l. imperium. nu. 70. de iur. om. iud.

Secundo Quero, Verum iurisdic^o temporalis sit in rege Castellae? Dicendum est quod sic. Iurisdic^o enim omnis in principe Romano. est & ab illo reliquis Magistratibus communicatur. Et omnis iurisdic^o ita est in Imperatore, vt ne minima iurisdic^o conferri possit, nisi auctoritate principis mediata, vt docet Bald. in cap. 1. §. iudices vero. de pace iur. sit. Alex. in consil. 24. incip. Ponderatis his quae in themate narrantur. col. 1. lib. 5. Et Francisc. Curt. iunior. consil. 65. nu. 2. An. Rube. con. 177. col. 1. & 2. Thom. grammata. voto. 28. num. 11. Claudi. Cantuicula in lib. 2. de offi. iudic. cap. 3. & numer. 3. Et etiam tenet Bald. in titulo. De pace constantiae. nu. 23. Paul. Parisi. vbi alios recenset, qui hanc sententiam probant in consil. 1. num. 12. lib. 2. iurisdic^o omnem primum penes populum fuisse, ac deinde ab eo ad principem translata. l. i. ff. de consil. princip. Alex. Taf. & Paul. Orban. in l. i. num. 31. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdic^o. Ergo quemadmodum penes populum erat, fuit, & est apud regem Hispaniae nullum recognoscentem superiorem in temporaliibus. vt supra dictum fuit in Prooemio. quaest. 3. eamque iurisdic^o in supremam, medianam, & infimam apud Regem Castellae esse euilem, quam criminalem esse, & ab eo tantum a principio fundantur carere habentes illam in nostro regno. & hic probatur, & in l. 4. tit. 1. lib. 2. supra l. 3. titul. 4. par. 3. & l. 18. tit. 2. eadem. part. Couarr. in lib. practi. quaestio. cap. 1. nu. 9. Late. Notum Auedan. de mandatis reg. cap. 1. ex quo plura deducenda sunt ad hunc lo-

cum, quae omittenda censui, quoniam ibi scripta optime & late sunt.

Quaeritur tertio, Iurisdic^o quot modis capiatur? Dic quod potest capi vt genus. Item & vt species differens ab ipso genere. Primo casu quando capitur vt genus, continet sub se & merum & mixtum imperium, & simplicem iurisdic^o nem, vt species ipsius iurisdic^o nis in genere sumpta. gl. in verb. iurisdic^o ne. in authent. de defen. ciui. §. iusiurandi. Bart. & Docto. in leg. prima. & in l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic. Bald. in capitul. 1. §. ad haec column. secunda. in titulo. de pace iuram. praestan. Paul. Paris. consilio. nono. columna. secunda lib. 1. Augusti. Beroi. in capitul. licet causam. numero 2. de probatio. vbi alios refert. Corne. consil. 270. col. 2. nume. 9. lib. 1. vbi ponit quot sint species iurisdic^o nis.

Secundo casu, quando capitur in specie terminus iurisdic^o nis, continet simplicem iurisdic^o nem differente a mero & mixto imperio, vt pbat text. in d. l. imperium. ad fin. Paul. Parisi vbi supra. Nec in conuenit, quod idem nome & terminus capiatur quoad quod; vt genus, quandoque; vt species, nam in simili hoc habetur in l. i. ff. de adoptione.

In dubium succedit quarto loco, Vtrum coecefia iurisdic^o ne omnimoda, cefceatur in totum concessum merum, & mixtum imperium? Ioan. Andre. in addi. ad Specul. tit. de iurisd. om. iudic. Roma. in l. si duo. ff. de acqui. hare. Felin. in capit. quod sedem. col. fin. in cap. graue. de offic. ordi. quos sequitur Paul. Parisi. consil. 9. col. 2. lib. 1. tenet quod sic. Confirmatur etiam si non fuisset posita dictio, omnimoda. nam iurisdic^o est genus ad imperium & iurisdic^o ne. l. imperium. ff. de iur. om. iudic. Sed posito genere, ponuntur & eius species. l. si chor. ff. de lega. 3. Posita ergo iurisdic^o ne simpliciter, ponitur merum & mixtum imperium, & iurisdic^o in specie. Nec obstat, si quis velit dicere, quod iurisdic^o est intelligenda prout est species. Quia responsio facilis est. Nam dico, quod potius debet intelligi in genere, cum analogum per se positum, ster pro digniori significato. l. i. §. qui in perpetuum. ff. si ager vel embly. petat. i. g. tur & in casu proposito, faciunt quae scribit Barth. Chassan. in consuetud. Burg. fol. 1. col. 1. versic. contrariam partem.

Ex quo inferitur quod ex concessione simpliciter facta alicui de aliquo oppido, seu ciuitate, censetur illi concessa iurisdic^o actiua, vt post Bartol. probare contendit Augusti. Beroi. in capitul. licet causam. col. 1. num. 12. de pba. Roderic. Suarez Allegatio. 6. versic. hinc est. citat Petrum ab Antichar. in regula. Accessorium de reg. iur. libro. sexto. textus in leg. prima. §. cum vrbem. ff. de offic. praefec. vrbani vbi legislator

com misit urbem præfecto Prætorio simpliciter, mentionem de territorio vllam minime faciens, tamen lex arguit, quod territorium eidem præfecto videtur esse commissum, & sic, tãquam accessorium sequitur principale. l. si vt certo. §. vsque adeo. ff. cõmoda. Bald. vbi vide in cap. i. de capita. qui curi. vendi. col. 3. nu. 5. cum. 2. sequen. Ex quo poteris quodlibet hanc quætionem. tractare per plura fundamenta ad vtraque partem inibi per eum adducta. Bart. in l. 2. ff. de verb. sign. vult, quod si princeps concedit alicui civitatem, cõfetur concedere cum omni sua iurisdictione. Sebastia. Sapia in rep. l. imperium. nume. 26. ff. de iur. om. iudic. reputat notandam Bart. decisionem.

His etiam quinto loco est quæstio, Princeps cõfessit iurisdictionem in aliquo castro, oppido, seu villa, quæ tempore concessionis habebat quingentos vicinos: deinde aucta est ad mille vsque, An in nouis incolis, & in eiusdem villæ, seu oppidi augmentum iurisdictionis exerceri possit? Bald. in l. cum fundus. de legat. 2. in terminis huius dubij tenet, quod si Imperator exemit castrum à sua ditione, & illud postea crescat. efficiaturq; ciuitas, quod totum hoc sit exemptum. Quem ibi sequitur Cuman. & Marti. Laudenf. de Castellanis. conclu. 32. Albert. Brun. in tract. de augmento & dimin. conclu. 6. Couar. nunc Archiepiscopus nouissimè in lib. practi. quæstio. cap. 2. ibiq; facit quasdam conclusiones. Quorum opinio suadetur. Nam quando respectu alicuius indiuidui, vt oppidi, villæ, seu castri, quod esset concessum modo prædicto, est credendum principem ad omnia contenta sub illo indiuiduo concessionem suam locum habuisse. l. peculium. in prin. ff. de legat. 2. l. quod in rerum. §. 2. l. grege legato. ff. de legat. 1. si tamen excederet terminos sui indiuidui, vt quia titulo emptionis, aliæ causa ampliati fuit suum territorium, in qua adiectione iurisdictionis erat Regis, vel concedentis, non debet extendi ad augmentum. Quia limitata causa, limitatum producit effectum. l. non modus. & ibi Bald. C. de ser. uil. l. in agris. cum simili. ff. de acquir. re. domi.

Præterea & sextò dubitatur, Vtrum iurisdictionis sit in Rege Castellæ, cum nõ recognoscat suam peiorem in temporalibus, vel in Papa? Et est dicendum quod est in Rege. Et est communis secundum Bermondum Chouer in commentarijs de publicis concubinarijs. pagin. 38 l. vers. breuiter opinio. vbi adducit in simili pro Rege Franciæ viginti fundamenta, & respondet ad alia viginti prior loco negatiue inducta contra Regem. In quo dubio distinguitur vtrique per eum, habita semper censura sanctæ Romanæ ecclesiæ, sub cuius correptione iudic. refero. Et Andræ. ab Exea plures refert auctores de hac re agentes in cap. i. num. 291. versic.

Et quia argumentum Inno. vbi vide Barba. col. 9. de consli. tenendo, quod Papa est superior in temporalibus & spiritualibus secundum communem opinionem, quæ prior videtur contraria. Quam ita dixit Areti. consli. §. 8. colum. 2. & refert Andræ. ab Exea vbi supra. num. 204. Nauar. in ca. nouit. de iudi. 3. notab. Couarr. regul. peccatum. 2. par. §. 9. nu. 7. de regul. iur. lib. 6. Quibus in locis optime agere videntur in hac sententia & duæ cõmunes contrariæ pagella. 144. Accipiendū est, quod quo ad spiritualia habeat in actu. vt post alios videre licet p fratrem Francisc. a Victoria in libro nũc primum in lucem edito. de potestate ecclesiæ. In habitu tamen habet iurisdictionem temporalem & princeps exercitum. Et sic quo ad temporalia debet habere gladium in vaginam, præterquam incertis casibus a iure expressis. Et sic hæc duæ cõmunes opiniones contrariæ concordari possunt licet opinio legistarum probetur per legem primam. titulo primo parrita secunda. & legē septimam & legem vigesimam quintam. titulo tertio libro primo supra, & eam sequitur Michac. libro tertio §. vigesimo secundo numero. septuagesimo primo defuc. creatio. Adde Iacob. septima cens. Episcopum Ciuitatisensem merissimum de instit. catholicis capitulo quadagesimo quarto numero vigesimo primo dicet iurisdictionem ciuilem esse in rege & non in Papa. vide ipsum. & intellige vt supra in mea concordia & omnis iurisdictionis ceu infante relictus in Papa, & in episcopos, & alios ab eo immediatè derivatur fluit & refluit. Sanctus thom. quarto contra gent. capitulo septuagesimo sexto & in quarto sententiarum distinctione vigesima. quæstione quarta articulo tertio ad tertium. Erue. libro de potestate Papæ. EKius. de sacramento ordinis homin. quinquagesima secunda turre Crenata de potestate Ecclesiæ libro secundo capitulo quinquagesimo secundo, vsque ad sexagesimum quartum. Soto in quarto sententiarum distinctione vigesima quæstione prima articulo segundo cum duobus sequentibus: probat franciscus Vargas optime in libro de Episcopi. iurisdictione cõfirmat sexto. & septimo à pagina septuagesima quarta cum sequenti ideoque ab omnibus Episcopis, & prelati ecclesiasticis appellatur ad Papam Sicut a temporalibus ad regem vt ibi habetur in confirm. 9.

Septimo dubitatur, Quotplex sit iurisdictionis? Dic quod duplex, ordinaria, & delegata. Bartolus in legem imperium in fine. ff. de iurisdictione omnium iudicium; cum quo est communis sententia scribentium secundum Paulum de Oran. in re. rubr. ff. de offi. eius cui mand. est iur. nume. 9. Aliam distinctionem, quam videas, ponit Bald. in l. 2. C. de emancip. libe.

Octauo,

Octauo, Quo iure iurisdictionis fuit inuenta? Dicendum est, quod de iure gentium: sed distinctio nes iurisdictionis, & magistratum per ius ciuile factas fuisse autamant. Ita eleganter explicat las. in l. lex hoc iure. columna secunda. ff. de iustitia & iure.

Nono potest in dubium renocari. In quo differat ab officio? Magistratraliter docet Bar. in l. prima. ff. de iurisd. om. iudic. col. 2. n. 9. Barbati. in rub. de offi. delega. nam in multis differunt, vt ipsi declarant.

Decimò succedit quæstio, Vtrum concessa iurisdictione simpliciter, veniat ordinaria, & delegata? Quod vtraque veniat, tenet Alexand. in rub. ff. de iur. omni. iudic. quæ sequitur & intelligit Paul. Orian. in rubrica. ff. de officio. eius cui mand. est iur. hunc vide pro vtraque parte tam affirmatiua, quam negatiua. in numero decimo. & vndecimo & est communis opinio secundum Lud. Gomels. in capitulo primo. numero. 67. de rescriptis. libro sexto. Sed vt melius capere possis, adduco in medium conclusiones sequentes, quarum prima sit conclusio.

Si lex, vel statutum loquitur per genitium faciendi mentionem de iurisdictione, tunc appellatione iurisdictionis non venit delegata: quia genitius importat proprietatem. l. secunda. §. primo. ff. de religio. & sump. sune. notat Alexand. in rubrica. ff. noui ope. Quæ tamen conclusio intelligenda est cum modificatione aliqua. Prima, vt procedat, nisi ratio subiectæ materiæ contrarium suadeat. vt constat in rubrica. ff. C. de iurisd. omni. iudi. Facit in argumentum. l. si vno. & ibi glo. ff. locat.

Secundo modificari debet conclusio, vt procedat, nisi ponatur dicitio (omnis) vel (omnimoda) nam tunc comprehenditur & delegata. vt patet in dicta rub. de iurisd. om. iudi. Comprobatur ex Bart. sententia. in l. serui electione. §. fin. ff. de leg. 2. vbi dicit, quod licet aliis qui legat domum communem, videtur tantum legare partem suam, vt ibi, tamen si dicit omnem, vel totam, comprehenditur etiam pars alterius. Suadet etiam per glo. in clementina prima. in verb. omnimoda. de foro competente. nota. secundum Gaspar. Vallasip. l. imperium. numero. 272. ff. de iur. om. iu. vbi firmat hanc conclusionem, quia ita eam intelligit. Alexand. in rubrica. ff. de iurisd. omni. iudi. numero primo, vbi omnino vide addi. Thomæ Diplo. l. itera. B. in verb. hæc glossa. Idem Alexand. in l. ait Prætor. ff. de rei iudi. Et ab opinione Alexand. non est recedendum secundum Alcizat. in dicto capitulo. quod sedem numero. 51. Licet Anto. de But. in capitulo. sua nobis. de offic. vicar. & Iason. in dicta rub. de iurisd. om. iudi. affirmare contendant con-

trariam sententiam. Sed in oppositum Alexand. dicit est text. in capitulo. in literis. de offi. delega. ibi, eius iurisdictionis. & capitulo. fin. col. titulo. ibi, illorum iurisdictionis. & vtrouque adnotauit Panormitan. Iason. in l. ait Prætor. columna secunda. ff. de re iudi. vbi in istis duobus iuribus est genitius, vt retuli, & tamen non important proprietatem quia proprietatis iurisdictionis non est pnes delegatum. l. & si Prætor. ff. de officio. eius cui mand. est iurisd. l. solet. ff. de iur. omni iudi. Ergo contra Alexand. & sequaces. est etiam text. in capitulo. quærenti. de offi. delega. ibi, eius iurisd. & ipsa rubri. de offic. delegat. quæ per genitium loquitur. Sed hæc iura procedunt ratione subiectæ materiæ vt fatetur Alexand. in dict. l. ait Prætor. & in allega. rub. alias fecus. Et Vallase. in citata. l. imperiū adducens Bartol. in l. prima. §. si potestatis. ff. de pecul. vbi expressè dicit, quod ratione subiectæ materiæ genitius verificatur ratione vsus tãtum & possessionis, vt ibi per eum.

Secunda conclusio sit. Si lex, vel statutum facit mentionem de habente iurisdictionem, venit etiam iurisdictionis delegata: quia verbum, habere, continet amplam significationem. l. habere. ff. de verbor. obliga. & l. stipulatio ista. ff. eo tit. de verbor. & firmat Bar. in dict. l. prima. §. potestatis. & Alexand. vbi supra.

Tertia conclusio. Si lex, vel statutum loquitur de habente propriam iurisdictionem, non venit delegata, quæ non est propria. l. i. §. qui mandata ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. & quia. ff. de iurisd. om. iudic. Iurisdictionis enim delegata stricta est, ordinaria vero larga, & fauorabilis. c. cum dilectus. de arbit. capit. pe. & glo. ff. de offic. delega. A Egid. Bellamera in cap. cum nobis. num. 4. de arbi. glo. notanda in ca. i. verb. processus. de rescript. libr. 6. Hippoly. singul. 296.

Quarta conclusio. Si lex, vel statutum facit mentionem simpliciter de iurisdictione in materia fauorabili, comprehenditur etiam delegata. vt in d. §. qui mandata. & c. quærenti. In materia vero odio sano comprehenditur. Ita intelligitur dictum Innocen. in c. sua. de offi. vicar. secutum a las. in l. ait Prætor. nu. 7. ff. de re iudi. Et est ista assertio quarta de mente Alexand. in d. l. ait Prætor. Contra hanc conclusionem Alexand. & moderno. facit primo: quia in statutis verba in dubio debent capi proprie. l. 3. ff. de nego. gest. iurisdictionis autem delegata non est proprie iurisdictionis, vt supra dictum est. ergo. & c. Item verba debent accipi in potentiori significato. l. fidei commissum. ff. de condi. & demonst. l. i. §. qui in perpetuū. ff. si ager vestig. vel emph. peta. His accedit: quia in dubio verba debent intelligi de actu perpetuo, & sic de ordinaria iurisdictione, non de temporali, & sic de delegata. vt per Tom. j. ff. Bart.

Bart.in.l.si quis adulterium.§.fin. ff. de adulter.& in.l.feruus.C.de poen.

Item verba debent intelligi iure ordinario, nõ extraordinario. l. Scio. §. medio. ff. de annu. legat. notat Andr. Sicul. in capitul. valentes. de offic. lega. Decius in capitul. in ter cetera. columnatertia. de appell.

pedir ni estoruar en los dichos lugares de señorio, a los que apelarẽ pa. ante nos, o pa ante nra chan-

Præterea est glo. communiter recepta in. l. qui iurisdictioni. ff. de iur. om. iudi. vbi nomine iurisdictionis simpliciter intelligitur de ordinaria.

His etiam accedit: quia in dubio causa naturalis potius attendi debet, quam accidentalist. fina. C. de his qui ven. eta. impetra. l. qui habent. ff. de tuel. Bart. in. l. fin. ff. de offic. procon. sul. & in. l. si quis posthumus. ff. de libi. & posthum. Sed iurisdictionis delegati est accidentalis, ordinaria verò naturalis. vt tenet Barb. in cap. scilicetatus. nume. 47. de refc. & Ludo. Gomeff. in dict. capit. in nu. 69. de refc. lib. 6. Ergo in dubio appellatio iurisdictionis venit ordinaria. Conclusionem tamen communem, quod appellatio iurisdictionis in materia proportionabili veniat etiam delegata, indistincte, non obstantibus prædictis argumentis, tenenda esse, præter omnes defendit Sebast. Sap. in rep. rub. nu. 2. ff. de iurisd. omni. iudi. quã probat quibusdam fundamentis. Et primò per regulam, quod dispositio generalis comprehendit omnes casus, etiã quod in vno sit maior ratio, quam in alio. l. 1. §. quod aut. ff. de aleato. etiã in materia odiosa. l. in fraude. §. si. ff. de milita. testa. Secundo, quia aut volumus dicere, quod iurisdictionis delegata non sit species distincta ab ordinaria, vt dicit Bart. in. l. in peñum. ff. de iur. om. iudi. & tunc appellatio iurisdictionis de necessitate etiã venit delegata: quia ordinaria comprehendit delegatã. Hoc suadetur in similib. per gl. in. c. ordinarij. & ibi notat Domi. de offi. ordi. Feli. in incipit. celsion. de appell. vbi appellatio ordinarij non solum veniunt: episcopi, sed & vicarij, qui possunt exercere ordinariam. Ita etiam in iurisdictione. Aut volumus firmare, quod iurisdictionis delegata est species distincta (hoc est falsum: cum delegatus non suo iure, sed delegantis viciatur. l. prima. §. i. ff. de offic. eius cui mand. est iur.) ab ordinarij: & tunc dico, quod venit etiam delegata, quia est proprie iurisdictionis, nam omnis species est proprie suum genus. l. secunda. C. de iur. aur. annulo. Nec obstat si dixeris, quod illud non dicitur proprium, quod di-

Inverfa- is est cũ xca di- io ab Hi- anis vlt- ra, & cum iustificat, si caret pa e Lauren. alla. lib. 4 egan. cap. 3, & decla- r episco- us Segou. ouarro. in act. que- r. r. 6. ca. 6. im. 2. Biudas. dde Cou. mino in acti. q. c. & in. c. 6. im. 2.

citur cum adiuncto. l. Lucius. §. quæsitum. & ibi Bart. ff. de legat. 3. Quia respondeo, quod illa regula non procedit, quando adiunctum apponitur ad ostendam potentiam terminorũ. Bal. & Paul. in. l. r. C. de successio. edict. & vult Bar. in. l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthu. Præterea dato, quod iurisdictionis delegata veniat largo modo, tunc succedit regula, quod etiam in ex-

cilleria, ni a los agrauados que se viniere a qar ante nos, ni a los pleytos de los huerfanos ty biudas

orbitant bonum est argumentum de stricta significatione vocabuli ad latam. text. in. l. filium. ff. ad Macedoni. & tex. in. l. cum lege. & ibi notat Arc. ff. de testamen. Non obstant quæ supra adduximus, quod verba debent intelligi in potentiori significato. Quia respondeo, quod potentius significatum huius verbi, iurisdictionis, est comprehendere vt tranque iurisdictionem. ex not. per Feli. in rubr. de præf. secundum Curti. & Sapiam in dict. rubr. de iurisd. om. iudi. ff. Et secundum eos aduertendum est, quod illud procedit in materia, in qua verba possunt inappropriari, vt in libello. l. sed & si possessorij. §. si iurauero. ff. de iure iur. Et istam solutionem sentit Bartol. in. l. si mater. §. eandem. ff. de excep. rei iudica. Vel aliter respondendum censet ad illum text. adductum in contrarium, quod procedit quantum ad excludendam significationem impropiam. Ita declarat Socin. consil. vltim. partita tertia. Item non obstat quod dixi de regula illa, quod verba debent intelligi de actu perpetuo. Nam respondeo dupliciter. Primo, quod attenda ista ratione, sequeretur, quod appellatio iurisdictionis, non veniunt simpliciter ordinaria, quia est etiam temporalis. vt nota: in. l. diem functo. ff. de offi. assel. Secundo respondeo, quod illa regula procedit in ordinum illius, in quem fit dispositio, aliã secus. Ita voluit Barto. in locis præcisa. Adducunt etiam contra istam conclusionem communem posteriores in dict. rubr. ff. de iur. om. iudi. text. in. l. fin. C. vbi & apud quem. Sed confidera, quod ille text. citra fin. probat contrarium: dum vult, quod restitutio in integrum possit expediri etiam per delegatos. Vide Francisc. Parp. in rubr. de iur. om. iudic. vbi pluribus modis limitat hanc conclusionem, ex cuius limitationibus poterit tota ista materia, quæ vtilis patet & distincta esse, resolui. *Alis que appellaren para ante nos* Condor. l. ro. & ff. 14. & l. 15. titu. 16. infra lib. 3. Adde Guiller. Benedict. in repet. capi. Rainutius. verb. & vxorem. & num.

num. 24. de testam. Parid. de Puteo in tracta. syn- dicatus. §. an Baro. fol. 14. col. 2. Ioan. Lup. in repe. cap. per vestras. §. sed est pulchra dubicatio. num. 27. fol. 82. Ex quibus inferitur, quod in concessione Castri, ducatus, aut Comitatus facta per supremum Principem cum omni imperio, etiam cum clausula, omni iure quod habet, nullo reseruat, non veniant nec transeant regalia, & alia reseruatæ regie maiestati in signum suprenæ potestatis: sed solum ea, quæ postunt conuenire illi, cui fit concessio, seu cuilibet inferiori & domino particulari Castri. Nam duplex ius habet rex in ciuitate, seu castro, vel re alia concessa: nomen tanquam dominus specialis & vtilis ipsius Castri, quod fortè emerat, & illud censetur transferre: aliud tanquã rex quia habet dominium directum, & ius regium vniuersaliter in toto regno: & de isto iure regio nihil transfertur. Ita punctualiter dicit Alb. in. l. r. in fin. de offi. eius cui mand. est iurisd. & in. l. si. in fi. C. de iur. om. iudi. Mand. de Pen. in. l. r. col. 7. verfic. Vel dicas plenius de priuile. schola. lib. 12. & l. r. col. 2. verfic. Sed pone. de vetera. lib. 12. Calcane. cõ sil. 102. Ratio duplex assignari potest. Prima, quia huiusmodi regalia sunt de iuribus Coronæ, & illi annexa, & inseparabilia, nec sunt in commercio. l. apud Iulianum. §. constat. ff. de legat. 1. l. fina. ff. vt in post. legat. intantum, quod non sunt alienabilia, etiam per ipsum Principem. Andr. de Iernia in cap. 1. §. similiter potest. colum. 2. verfic. in his fincti. de capi. qui curi. vendi. C. de iure reipub. ad fin. libro. 11. & l. contra publicã. col. 5. C. de re milita. libro. 12. Copiosissimè in. l. quicunque. la. 2. colum. 4. C. de omni. agr. desert. lib. 11. Plate. in. l. prædia. C. de diuers. præd. lib. 11. cap. intellecto. de iure iur. l. 27. & l. 28. Caroli Calisari. V. Hispaniarum olim Regis in cuius Vallisoleti celebratis anno. 1523. singulariter confirmare, & declarare poteris ex las. consil. 10. col. 3. libr. 3. verfic. Præterea dicta conuentio. Hosti. & Feli. in capi. dilecto. de maio. & obedien. Panor. & alij in. d. cap. dilecto. Ioan. Lup. in repe. cap. per vestras. 2. notab. §. r. numer. 4. Couarru. in rep. cap. quanuis pactum. 2. part. §. 2. verficu. quod autem rex non possit alienare bona. de pact. libr. 6. Latius Carol. Molina. in consuetudi. Parisi. tit. 1. §. 1. gl. 5. nu. 54. l. 1. tit. 17. parti. 2. & l. 4. titulo. 15. cad. part. l. 2. & l. 3. titu. 9. libro. 5. infra. Et alienata de facto, debent de facto sine vilius assertionis obstaculo ad ius priuilegium reuocari, ita vt nulli penitus audiantur, qui aut rescripto, aut annotatione dominium, vel emphiteulim, vel cõductione quolibet genere largitatis se meruisse causentur. per tex. in. l. omnes fincti. C. de fund. patri. libr. 11. & ibi Lucas de Pen. per argumentum à fortiori. Quia si sic reuocatur alienatio patrimonialium,

multo magis fiscalium, quæ sunt in dominio Coronæ. Fortius probat Lucas de Pen. in. l. 2. verfic. quispian. columna prima. de fund. limitroph. co. libro. Quod nec à priuatis possideri, nec præscribi possint, probat Regia. l. 3. verfic. si ep. oia manerã tit. 9. lib. 5. infra. ibi, *sea ninguna, y de ningun effeço: y el donatario y sus successores herederos no puedan por tal titulo adquirir, ni ganar los tales bienes, ni a ellos pueda passur el señorio, y possession, y por ningun curso, ni: plo de tiempo lo puedan prescriuir: mas siempre qued. y fin quen en la coronã Real, y della no se puedan apartar.*

Secunda ratio. Quia etiam si aliquo modo posset concedi, tamen non veniunt sub quibuscumque verbis generalibus, sed demum si specialiter, & expresse concedantur. vt notant doctores. in ca. vni. quæ sunt regalia. in verfic. nisi quem specialiter qui tamen text. non hoc, sed aliud intendit. Sed factis clarè in cap. quod translationem. & quæ gloss. & doct. notant ibi de offi. legat. & in. l. r. in princ. ff. de offi. eius cui mand. est iur. in harum præcitato. numer. 55. vbi vide alia qua pulchra in materia, ne immerer in relatione, potissimum cum pro praxi maximè necessaria sunt, in harum regiarum constitutionum enodatione veniunt annotanda. Facit insuper. nam expressio facit licitum, quod aliàs nõ liceret. text. secundum Ierni. in cap. 1. §. fratri line legitimo. de his qui feud. dare poss. Quæ autem sint regalia, explicatur in tit. Quæ sint regali. lib. feudo. vbi per Andr. de Iserni. & Præposit. in. ca. r. num. 12. qui feud. dar. poss. Iacob. in tracta. feudorum. verb. In feudum. nu. 4. Aliud ius regale explicat Boeri. decisio. 32. com petitq; regi nostro maiestatis nomen, quemadmodum regi Sicilia. vt habetur in proconi. Consti. regni Sicilia. & ibi Matth. de Afflic. in. §. cum igif. numer. 1. dicit, Secundo nota, quod regi huius regni cõpetit hoc cadicetium, maiestatis, quæ nihil aliud importat, nisi aternitas. vt inquit Nicol. de Lyr. lib. 2. capit. 4. Et tua altitudo: quia fastigium nihil aliud est, nisi altitudo, & magnitudo, seu summitas, & summus honor, & culmen dignitatis. Archidia. in cap. ordinatos. 59. di. & in cap. fin. vbi Domi. de re iudi. libro. 6. Matth. de Afflic. loco præcitato. §. nos itaque. numero tertio. Et alia ponit Guisiel. Benedict. in repet. capitul. Rainutius. verb. & vxorem nomine. 2. numero. 74. de testamen. qui loquitur in. Rege Francia: sed omnia cõpetunt Regi Hispaniæ, vt alibi dixi. Et plures remissiones, vbi iura regalia à docto. colliguntur, sunt videnda per Ioan. Ign. in repeti. l. necessarios. §. non alias. numero. 378. ff. ad Syllan. que faciunt ad. l. 6. titulo decimo tertio. infra hoc libro. tertio. & ad forum Aragonum lib. tertio. tit. d. iur. omni. iudi. ibi, specialiter spectant ad dominum Regem.

a Pobres.

Pobres. Adde gloss. in verb. pauperes. in cap. sta-
 turum. §. in super. de resc. libro sexto. & ibi Philip-
 pus Franch. columna fina. numero duo decimo.
 Nota, quod cause istorum sunt casus curia. Simi-
 in. l. decima quarta. titulo secundo. isto. 3. libro. in-
 fra. Rex enim
 debet omni-
 bus oppressis
 subuenire. l.
 prima. C. q.
 do impe. &c.
 Sicut etiam
 Episcopus te-
 netur idem
 facere. cap. su-
 per quibus-
 dam. de ver-
 bo. signi. 87.
 distincti. per
 totum. Dubi-
 tari tamen po-
 terit, Quis di-
 catur pauper
 Responden-
 dum est, quod
 relinquitur
 iudicis arbi-
 trario, inspecta
 quantitate per-
 sonarum. glo. in authen. praterea. verb. locuples.
 C. vnde vir & vxor. Corne. consil. 178. colum. fin.
 num. 29. libr. 2. Fabian. de Pepis. num. 72. versicu-
 circa secundam. & Paul. de Monte pico. nume. 23.
 versicul. glossa in verbo, locuples. in dict. authen.
 praterea. Bart. in. l. si constante. num. 14. Alexan-
 dum. 13. Ripa. numer. 30. ff. solu. matri. & ibi Bald.
 nouell. num. 47. & las numer. 148. qui profitetur
 hanc communem opinionem. Et Couarru. lib. 2.
 varia. resolu. cap. 6. Felin. in cap. si qui testium. de
 testib. Soci. consil. 30. numer. i. col. 2. qui dicit opi-
 ni. prax. gloss. ordin. & communiter approbatam
 libr. 4. Et est magis communis opinio secundum
 Ioan. Crottum in repe. d. l. si constante. col. 4. nu-
 14. Areti. consil. 13. nu. 16. Iudex tamen arbitrabitur
 de paupertate, maxime ex duobus secundum Bart.
 in dict. l. si constante. ex qualitate personarum, &
 factorum. Personarum: nam rusticus & villis repu-
 tabitur diues cum paucioribus facultatibus, quam
 nobilis, allegat quod habetur in. l. nepos Proculo
 ff. de verborum significatio. & in. l. in condemna-
 tione. ff. de regul. iur. & per gloss. in. l. sed & si suf-
 ceperit. ff. de iudi. voluit Soci. in dict. consil. 30. &
 Angel. in. l. si verus, qui pro rei qualitate. ff. qui
 satis dat. cogant. Decius consil. 163. columna quar-
 ta. versicul. Secundum principaliter. Andra. Tira-

y pobres a y misera-
 bles personas: y los
 otros casos de nuestra
 corte, que por las le-
 yes de nuestros rey-
 nos se pueden traer
 ante nos, que no sea
 impedidos, ni estor-
 uados. E otrosi man-
 damos a los que tu-
 uieren asislas dichas
 ciudades, y villas, y
 lugares por señorio,
 que obedezcan, y

quel. in lib. de nobilitate. capitul. 20. numero. 150.
 Facit quod pulchre scripsit Bald. in. l. si quis ad de-
 clinandam. columna secunda. per text. ibi. C. de
 episco. & cle. quod episcopus habens aliquid ero-
 gare inter pauperes, poterit in nobilem erogare,
 qui dato q.
 non sit men-
 dicans, tamen
 secundum co-
 ditionem sue
 nobilitatis co-
 mode viuere
 non potest,
 vel si habeat
 plures filias
 ad maritan-
 dum. quem
 refert, & seq-
 tur Ioan. Cro-
 t. in dict. l. si co-
 stante. nu. 15.
 Tiraquell. v-
 bi supra. nu-
 148. vbi plu-
 ra videbis in
 fauorem no-
 bilitum. Sua-
 detur etiam
 ratio. Nam
 nobilis maioribus indiget diuitijs, quam rusticus,
 seu vilis. Facit glo. in. l. seruis. ff. de leg. 3. quod ru-
 stici non sunt alendi delicatis cibus, sed carnis. & ca-
 seo. & glo. in. l. si idem Labeo. ff. manda. q. rusti-
 cus non debet ire eques, sed pedes. Conprobatur
 ex Iacob. a Bellap. Cyn. & Bal. in authen. ad hac.
 C. de vsur. quod rustici non solent vinum, sed a-
 quam bibere. Sequitur eos Andra. Tiraquell. de
 nobilita. cap. 20. numero. 140. Quod est notandum
 pro taxatione expensarum ratione itinervis facien-
 da, quando rusticus adducitur in testem. Item ru-
 stica, seu vilis tenetur lactare filium, secus tamen est
 in nobili. Azo. in sum. C. de patri. potesta. in fin.
 quem ad hoc retulit Bald. in. l. alimenta. C. de ne-
 go. gestis. Crott. loco proxime citato. vbi dicit, q.
 nobilis non tenetur vilia exercere. Et propterea
 dicebat Bar. in. l. prima. C. de mendi. vali. libro. 11.
 quod pater non tenetur alimenta filio sibi victum
 quarere valenti ministrare. l. si quis a liberis. §. sed
 si filius. ff. de libe. agnos. Tamen fallit, quando pa-
 ter esset nobilis, nam non poterit dicere filio, Va-
 de ad lignonizandum, & colendum agrum, siue ter-
 ram. cum sit de decus filio artem illam exercere.
 Panormian in capitulo secundo. col. 2. de conuers. in
 fide. Ioan. Lup. in repe. capit. per vestras. 3. nota. §.
 23. numero. 16. Couarru. de sponsalibus. 2. parti.
 cap. 8.

cap. 8. §. 6. nu. 9. l. 6. tit. 19. par. 4. Item etiam dicas,
 quod alio modo ex qualitate personae iudex de
 paupertate arbitrari debet: vt si degit in hospita-
 litate: tunc enim dicitur in eximia paupertate. Bald.
 per text. ibi in dict. l. si quis ad declinandam. Item
 si incedit discalear. Angel. in. l. si vero. §. si pro-
 rei qualitate. §. q. satis dat. cog. Id est si vadit ostium
 mendicando. doct. in cap. Odoardus. de solu. nec
 toleraretur ita mendicans, si haberet vnde posset
 de suo viuere, sed a ciuitate expelli debet. l. vni. C.
 de mendican. valid. libr. 11. peti. 117. in Curijs de
 Madrid anni 1534.
 Ex qualitate vero factorum iudex arbitra-
 bitur quem pauperem: vt si omeri in iuncto non po-
 test inseruire, sed pro alimentis est sibi necessa-
 rium victum quarere. l. paupertas. in dict. gloss. ff.
 de excus. tut. Item colligitur ex eo, quia celsit bo-
 nis. capit. Odoardus. de solu. & ibi Innocen. Item
 probari poterit paupertas vltra dictos modos,
 nempe per discussionem nesciorum, qui referant
 tot esse in bonis, & tot esse in debitis. Per librum
 etiam astim. Ioan. Crott. in repe. l. si constante.
 colum. 2. num. 7. ff. solut. matrimo. Est gloss. in si-
 gnis. in. l. cum de leg. ff. de proba. Bart. in dict. l. si
 constante. num. 7. h. g. l. secundum las. in. §. item
 si quis in fraudem. num. 70. In ff. de actio. Matth.
 de Atll. in decis. 377. nu. 2. las. in. l. decem. nu. 34.
 ff. de verborum obligationib. Et est opinio illius
 gloss. in practica. & communiter approbata se-
 cundum Alciat. tracta. de praxump. regul. 3. prax-
 sumptio. 20. gloss. simi. in. l. i. §. cum dicitur. verb.
 probent. ff. l. cui plus quam per. l. falci. Et est opi-
 nio communis secundum Franc. Curti. senio. conf.
 27. colum. 7. numer. 17. versicul. sed contra praxem-
 fa. Est notanda gloss. in authen. de hered. & fal-
 ci. §. hinc nobis. verb. substantiam. coll. 1. qua di-
 cit, quod testis, qui non habet in bonis quantum
 causa valet, super qua deponit, non est idoneus,
 & sic propter paupertatem eius fidei detrahitur.
 Quam ibi sequitur Bart. & Angel. consil. 15. colu-
 1. numero. 3. libro. 3. dicit predictam gloss. notabi-
 lem esse Rom. in. l. si constante. in princi. ff. solut.
 matrimo. Hippoly. in. l. i. §. ad questionem. num.
 16. ff. de questio. Socin. in tractat. regul. cum fal-
 centijs. regul. 289. fallen. 3. Et plerique alij eam
 extollunt in varijs locis secundum Couarru. libr.
 2. variarum resolu. capit. 6. numer. 8. sed est falsa
 eius opinio secundum laso. in authen. Praterea.
 colum. penul. C. vnde vir & vxor. & in. l. si con-
 stante. supra alleg. 2. numero. 152. & in. l. 2. ff. qui
 satis da. cogant. Philipp. Deci. consilio. 163. colum.
 4. & est magis communis opinio contra praxem
 etam gloss. in sectione numero. 19. & in. 2. lectur.
 numero. 25. reputat eam fallam, vbi tamen dicit

illam esse communiter approbatam. Sed aduer-
 te pro concordia. Nam gloss. illa est vera; si re-
 et intelligatur: quia loquitur, quando in cau-
 sa concurrunt testes pauperes cum alijs diuiti-
 bus, tunc enim maior fides est adhibenda diuiti-
 bus, quam pauperibus; quia hoc casu aliquiliter
 paupertas debilitat fidei ipsorum testium, vt ait gl. in. l.
 3. in prin. ff. de testi. Areti. consil. 13. col. 7. num. 16.
 vers. Ad secundum de paupertate, qui in hoc casu in-
 telligit predictam legem. 3. ff. de testi. Sed vbi non
 esset talis concursus, credendum est testi pauperi,
 si esset legalis persona, & honesta, & hoc arbi-
 trabitur iudex. Et sic glossa predicta est decla-
 randa secundum Fabian. de Pepis in rep. auth. Prae-
 terea. num. 79. & num. 80. C. vnde vir & vxor sequi-
 tur Io. Crott. in. d. l. si constante. nu. 34. in. 2. lectur.
 Cum iam sit visum quis dicatur pauper, & pau-
 pertas quo modo probata sit, videndum est de com-
 modis, seu priuilegijs paupertatis, & de danis quae
 inducit. Et breuiter videtur haec omnia attationi
 & suo sermone explicata per Luc. de Pen. in. l. si.
 C. de his qui num. lib. vel pauperes. causa excusa-
 tione mer. lib. 10. vbi enumerat. 44. priuilegia, &
 17. in comoda paupertatis. Et Barth. Chastan. in
 catalogo gloria mundi. 11. part. consil. 27. Vnum
 priuilegium hic habes, aliud in. l. 2. tit. 16. infra isto
 lib. 3. vers. Peroseñor del pleyto. Et ibi forte dic-
 tatus. Adde Francisc. Auiles in Capitibus Prato-
 rum. cap. 34. verb. pobres. nu. 4. vbi aliqua paupertatis
 fauore nouissime adnotauit. De miserabilibus
 personis hic agendum est. Nam vidua, & pupilli
 miserabiles dicuntur, quia ad eorum miserationem nos
 inducit Deus Exodi. 22. Vidua & pupillo non no-
 cebitis: si laferitis eos, vociferabunt ad me, & ego
 exaudiam clamorem eorum. Et Esai. 1. Defendite vi-
 duam, iudicate pupillo. Felin. c. significantibus.
 col. 3. nu. 6. de offi. delega. quaerit quae personae di-
 catur miserabiles. Et ibi ponit viduam esse misera-
 bilem personam. Et hic habetur, quae habet priuile-
 gium, vt possit ad curiam regis vocare quo ad pri-
 mam causam cognitionem, & in prima instantia quos
 liberit. l. vni. C. quando impera. in eer pup. & vid.
 l. 14. quae plures casus Curiae ponit tit. 2. libr. 3. in
 fra. l. 4. tit. 18. & l. 20. titu. 23. parti. 3. & Couarr. in
 practica quae tionibus. c. 7. Sed solet in dubio saepe
 occurrere, vtrum habeat locum huiusmodi priui-
 legii in muliere habere virum, sed tamen in tunc, de-
 bilem, & infructuosum, sicut contingere solet in
 multis. Et videtur dicendum quod sic. gl. in. l. si. C. ad
 leg. Fani. de plagia. vbi mulier dicitur vidua, cuius
 maritus hancus est. Et per ea gl. determinat istud
 dubium Felin. in. c. significantibus. nu. 8. de offi. dele-
 ga. & ante eum Bal. in. d. l. si. extendit illa gl. ad sta-
 tuta loquentia de viduis, & earum priuilegia. & An-
 dra. Tiraquell. in. l. conubiali. l. 6. nu. 12. Confir-
 matur

matr ex.c.inter corporalia.de transla. episcopi. Quod est summe notandū pro intellectu legum, quā loquuntur de viduis. Itē si molestetur vidua, data negligentia iudicis secularis, poterit laicū cōuenire inmediate iocam ecclesiastico. Panor.in c.significatibus.de offi.delega.& in c.licet ex fuscepto.de fo.compet. Quā cōuentio ad euitandā molestiā,præsupposita, & probata negligentia iudicis secularis,erit abiq; calumniæ pœna,quæ poterit laico citati laicū corā iudice ecclesiastico imponi. & quā in l.3.infrā.& ibi statim aliqua in praxi necessaria pro eius intellectu aperiā. Et ita procedit dictū Inno.in.c.super quibusdam.verbo.viduis.de verb.signi. Itē Rex,vel alia illustri persona,quæ aliā nō potest stare in iudicio,potest esse tanquam procurator pro vidua.l.ii.versic. fueras ende. tit.5.part.5.

Item cum vidua dicatur miserabilis persona, clericus poterit corā ecclesiastico iudice tāquā ad uocatus eā defendere.c.i.& ca.cum sacerdotes.de postuland.l.2.tit.9.lib.1.foro legū.l.6.titu.19.lib.2. supra. Angel.in sum.verb.aduocatus.vbi intelligit procedere, q̄ clericus in sacris possit esse aduocatus pro miserabilibus personis in causis ciuilibus,non autem in criminalibus.

Quod intelligendū est in vidua, quæ honesta, & pauper est, alioquin non. Felin.in.c.significatibus.de offic.delega.num.8.vbi inquit, q̄ omnes seruant, q̄ priuilegia fauore viduarum procedunt de illis, quæ honeste viuunt, non aliās. Luc. de Pena.in.l.quoties.columna secunda. C.de priuileg. schol. lib.12. Matth.de Assiliis in consli. Neapolita. libro primo. rubri.33.num.5. Et sic amittit tutelam, si luxuriosè vixerit. glo. quam ibi sequuntur Cin. Faber. Bart. Bal. Angel. & Sal. in authen. sacramentum. in verb. nuptijs. C. quando mulier offi. tute. fung. potest. Et Bart. in l. si quis. colū. 6. ff. de testam. tutel. nam debet suam pudicitiam seruare. l. si. C. quando muli. offi. tutel. fung. po. Bal. auth. eiusdem. C. de nup. & in l. his solis. C. de re. uo. dona. & in d. l. si quis. colum. vltim. Angel. Areti. in §. si. Insti. de legi. pa. tut. & in §. actionum. vbi aliquid per la. post Fab. de actio. Spec. de tute. §. nunc videndum. versic. Item excipitur. tenet Hippoly. singu. 416. in fin.

Hinc dicit Angel. in l. cum quædam puella. ff. de in. om. iudic. quod vidua ducens vitam luxuriosam, nō retinet domicilium viri. Sed est dubium, si miserabiles personæ essent aliās diuites, vt viduæ, orphani, aut infirmi, vtrum sint hoc priuilegio munitæ: Et videtur quod sic, nam leges loquuntur de viduis simpliciter, & sic de orphanis. ergo sine qualitate diuitiarum, vel cum ea potest intelligi, cum cui conueniunt verba legis, & debeat cōpetere eius dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infecto

l. hōs accusare. §. omnibus. ff. de accusa. Hippolyt. conf. 19. nu. 17. Itē qualitas est quid extrinsecum, q̄ adesse, vel abesse potest sine subiecti remotione, nec facit transitum de subiecto in subiectum absque legis appositione. l. fordiorum. C. de execut. mun. lib. 10. Philoso. lib. 1. de genera & corruptio. c. 4. Si ergo nō fuit exclusa, vel appositā qualitas diuitiarum a lege, debuit intelligi de vidua etiam diuite.

Item quia vidua, etiā diues, dicitur miserabilis persona, saltē habitu. c. ex tenore. de fo. compe. Et hoc respectu iudicij, in quo nō potest p̄prias causas administrare, sed per aliū. Et istā sententiam tenet Card. in cap. significatibus. de offic. delegat. Andra. de Isernia in consli. Neapolyt. incip. Statuimus. colum. 1. qui dicit, quod vidua, quæ tunc quæ diues, habet priuilegia. l. vn. C. quando Imperator inter pupill. & vi.

In contrarium, in q̄ vidua si sit diues, nō gaudeat priuilegio statuti, & licet istius legis cū simili. constat, quia non potest dici q̄ careat defensione, quia omnia obediunt pecuniæ. Ecclesiasti. 10.

Item causa priuilegij cessante, cessare debet eius dispositio. c. suggestus. de decim. causa autē est miseriam, & paupertas viduarū, ergo in diuitib? debet cessare. istā sententiā probat Anto. Inno. Panor. nu. 2. Fel. & cōis in. d. c. significatibus. Hippoly. in rep. l. vn. num. 221. C. de rap. virgij. Et ista opi. est verior, & approbata secundum Matth. de Assiliis in consli. Neapo. libr. 1. rub. 33. num. 4. tenet Alexan. consli. col. si. nume. 14. lib. 1. Sed nisi videtur verior sententia, q̄ dum tū sit vidua, orphanus, vel aliter miserabilis persona, quantum sit diues, nihilominus gaudeat priuilegio nob. reg. legis. quia diuersis nominibus dicit hæresanos & hudas & pobres & miserabiles personas. Si veillt excludere diuitijs affluentes, non sic dixisset diuersis nominibus. l. si dem. C. de codicill. Tum etiā, quia dictio, & diuersa iungit. glo. in rub. ff. de i. is & facti igno. Vt alternatiua est, in qua sufficit alteram partem esse veram, & sic, & pro vel. Bar. in l. sapissime. nu. 4. ff. de in. codicill. In l. genera liter. 1. col. C. de cōdit. in fin. Si ergo ponit inter diuersa, sufficit, q̄ sit vidua, orphanus, vel aliter miserabilis persona, etiā si sit diues, q̄ ratione habitus talis est. Itē constat de intentione legis, a qua non est recedendū. l. nō aliter. ff. de lega. 3. l. in. ca. ad abolendam. verb. in singularibus. de fil. presby.

Itē sequeretur, q̄ si haberet filii, fratres, vel aliū singulare amicum ad gerenda sua negotia, q̄ ex cessaret suū priuilegiū inductū miserationis causa, & sic esset in sua potestate renūciare priuilegiū suū tacite, quod tū expressa renūciatione nō posset. vt est gl. singu. in l. vni. in l. vn. excedere. C. quando Imperator inter pupill. vel vid. quæ probat, q̄ benefi-

beneficium, seu priuilegium inductum miserationis gratia non potest renūciari. singul. secundum Alex. in l. pe. col. fin. C. de pac. Cagnol. in procc. ff. veteris. nu. 286. Thom. Parpali. l. 2. col. 6. ff. solu. 10. matr. nu. 27.

Ergo ex filijs, nec ex diuitijs non desinit esse vidua, vel orphanus, & sic debet gaudere priuilegio statuti, cum in eo aliud non sit expressum. Item priuilegium non remouetur ab aliquo, nisi hæc re motio sit à iure expressa. l. in. c. fi. de iu. patrona. cum multis concord. adductis per me ad Iacobū de Segur. in tracta. de bonis lucrat. consta. matr. monio. n. 166. Thom. Parpa. in. d. l. 2. nu. 25. versic. prædicta de adulterio. bonus casus in. c. statutum de electio. lib. 6. tū etiā, quia ratione paupertatis quissō sequitur hoc priuilegium, ergo frustratorie explicatur dictio, vidua, cum si pauper tādum esset etiam non vidua posset consequi. Grego. Lopez in l. 5. verb. ysa. tit. 3. par. 3. intelligit. l. regiam in vidua diuite.

Ergo huiusmodi prima cōis interpretatio doctorū tāq̄ in iure nō est expressa, nō est recipienda, cū authoritas doctorū sit, p̄babilis, nō tū. necessaria. l. 3. & ibi gl. verb. nec diligitur. ff. de offi. Præsid.

Item est notandum, q̄ orphani dicuntur miserabiles personæ. Psalm. 9. Tibi derelictus est pauper, orphanus tu eris adiuutor. Et dicitur orphanus vtroque parente priuatus. Et in quibusdam ciuitatibus certa sunt ipsis domicilia cōstituta, & redtores eorū, seu potius qui eos nutriunt, orphanotrophij vocantur. l. orphanotrophos. & l. omnia. C. de epi. & cle. ca. quia contingit. de religio. domi. Ex quibus inferitur, q̄ qui non est copulatiue vtroq; parente orphanus, non dicitur orphanus, ac proinde non veniet ad legata pro orphanis maritatis, vel huiusmodi relicta. Quia communis vsus loquendi est de istis, vt experientia docet. Et sic est tenenda ista interpretatio verborum. ca. ex literis. cum ibi traditis à Præpos. de sponsalib.

Item dicuntur miserabiles personæ peregrini, & aduocatus. Exod. 23. Peregrinus molestus non eris. & c. & Deutero. 10. Facit Deus iudiciū pupillo, & viduæ: amat peregrinū, & dat ei victū, atq; vestitū. Facit. ca. si quis Romipetas. & c. illi. 24. q. 3. & auth. cōs peregrini. C. cōis de successio. Peregrin? autē dicitur aliunde hospes, q̄ ignoramus eius partes. inde peregrinari. Luc. de Pen. in l. cum simus. col. 4. C. de agri. & c. lib. 11. Probati in tit. de cle. peregrini. extra. & in l. 1. tit. 17. lib. 1. ordi. supra.

Itē puella nobilis, quæ nō potest secundū eius conditionē matrimonio copulari, dicitur pauper & eide potest mueri, sicut pauperi. Cōfirmatur ex Bal. in l. si quis ad declinandam. col. 1. nu. 5. C. de epi. & cle. vbi sic dicit, Si est vnus nobilis, qui habet alimeta, sed sua dignitate cōseruare nō potest,

& habet forte puellas, quas maritare non potest, vtrum quod in subiectum vici, vel dētū possit dari tanquam paupeti per episcopum, vel ex eorum? Et respondeo q̄ sic: quia licet non sit omnino mendicans, tamen secundum statum nataliū suū, & aliquam sustentationē egeat, & ideo potest pauperes connumerari. Casus notabilis est hic. Har. & tenus Bald. verba facit. Facit quod nō dicit Bald. in l. paupertas. ff. de execut. tur. col. 1. Deci. in cap. pit. ceterum. col. 8. versic. sed aduertendum. num. 14. de iud. & ibi hoc expressè notat. Dixi supra in principi. illius glo.

Item carcerat? ex. in l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cle. Cin. in l. si. C. si quis alte. vel sibi. Bar. in tract. de carceribus. in fin. Hippo. in pra. §. nunc videndum. nu. 11. Et legatum pro redemptione in carceratorum, est pium. Et causa pia dicitur, & si sint in carcerati pro maleficio. glo. in ca. sacrorum. 12. q. 2. commendat Hippoly. loco præcitaro. num. 12. Est notanda secundum Bald. in l. illud col. 1. numer. 1. C. de sacrosan. eccle. & in l. Sed & si ideo. ff. solut. matr. Fel. in capi. significauit. de Iudæ. Addi. ad Bar. in authen. res quas. C. communia deleg. & Gomeff. in §. Item si quis in fraudem nupt. Insti. de actio. vbi eam dixit ordinā. & communem. Et sequitur Berta. in suo in dic. verb. miserabiles. versic. 6. Ioan. Crott. in l. si constante. 2. de cto. num. 57. vbi optime intelligit. d. glo. ca. sacrorum. ff. solut. matr.

Itē Infantes expositi inter miserabiles cōputantur. c. fin. 87. dist. 1. 1. & l. 2. C. de infanti. expositis. Et Bart. dicit, q̄ ipse fuit expositus in l. quidā cū filiū. nu. 8. ff. de verb. vbi laf. & alij de eo scribunt.

Item etiā senio cōfecti, & decrepiti, etiā si sint diuites. Azo. in sum. C. q̄ in impera. inter pupill. & viduas. in fi. Io. Lup. in rep. c. per vestras. nota. 2. nu. 12. de dona. inter vir. & vxor. Quia teste Cicerone. sola senectus morbus est. Paul. ad Corinth. 8. Quod veterascit, & senescit, prope interitū est. Itē Terent. Senectus per se ipsam morbus est. Cicerone. de senectute. §. nec nūc quidē ait, Pugnant dū tanquam contra morbum est, sic contra senectutem habenda ratio valetudinis, vtendum exercitationibus modicis, tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. Panor. in c. magna. de voto. inquit, q̄ statutum de casu infirmitatis habet locum in casu senectutis. gl. in verb. permutationis. in prag. sancti. galli. tit. de colla. §. item quod omnia. Facit. c. si qui testium. de testib. l. ciuitatibus. in fi. ff. de lega. Qd̄ facit ad intellectum consti. in. vniuersitatis nō sicut, quæ propter infirmitatem perpetuam vel tetemporalem liberat. Lectores a multis, vt habeat locum in senibus sicut factū est cum nobilibus, & antiquæ p̄ sapie Dño Beneuentano iuris canonici De cano.

cano, & Patrino: huius enim lectio Cathedre fuit hac ratione substituta commissa ab an. 38. vsque ad. 57. quo fuit ingressus via vniuersae carnis. Et non minus cui multis vniuersitati inseruentibus fieri consentient; quoties casus vniuersi accidere contingat. Item publice poenitentes dicuntur miserabiles persona. In sol. in. c. significantibus. de offic. delega. qui sunt de foro ecclesie. Anto. & Barba. in. cap. 2. tum. 60. de for. compi. De cuius veritate agendum est infra in l. 3. alius titu.

Item liberti ecclesie; & qui commendatur ecclesie; & ad eam confugiunt. glo. in. ca. ois. etas. 12. q. 1. & ca. liberti. 87. dist. 8. & eos. & capi. liberos. ea dist. notatur in. c. Episcopus. 12. q. 2.

Item officiales ecclesie; & alij ei seruitores. secundum Inol. in. d. c. significatibus. & gl. in. d. c. omnis. etas. Quod est veru. si gratis seruiat; & sint pauperes, alioqui contra. secundum quod notant doct. in. d. c. significantibus.

Item dormientes. Bal. in. l. pen. C. de testam. m. li. Refert Bertachius dicitur; verb. miserabiles. veru. Secundo. facit elemendi. vni. de homi. vbi in fanu. equi paratur. seu furioso. ad hoc vt poena delicti extiter. in. d. c. significatibus.

Est etiam dubium, an conclusio in causa, sit de substantia iudicij? Respondent Panormi. & Felin. in cap. cum. l. & A. de re iudi. Card. in Clem. Sæpe §. quia. 19. quæstio de verb. sign. & Robert. Maranta. in speculo aduocat. 6. part. De conclusione in causa. num. 9. pagin. 500. versic. An autem conclusio, dicentes tibi conclusionem non esse de substantia, sed potius ex quadam consuetudine, vnde si omittatur, non vitare processum, nec in causis summarijs. vt in dict. Clem. Sæpe. §. & quia. Idem tenet Ioan. Andr. ad Specul. tit. De renuntiat. & conclusio. in princ. ex relatione Roberti. vbi supra. De cuius veritate videas Sebastian. Vanti. vbi supra pagin. 303. num. 45. Nonò pro substan-

4. Notandum est, quod iuramentū calumniæ esse præstandum in quacunque parte causa fuerit petitum. ca. 1. de iura. calum. lib. 6. decisio Rotæ. 660. in antiq. secundum nouiorem impressionem est sub tit. de iurament. calum. decisio. 2.

Item est necessaria cognitio, & exa-minatio, que non solum ab iudicij solemnitate, verum etiam ad naturalem iustitiam conseruandam ad inuenta est. Naturali nanque rationi conuenit, vt quis prius cognoscat id, super quo iudicare debet. Et propterea dici consuevit, quod causæ cognitio à iure diuino descendit, & docet Panormi in capit. 1. de causa posse. & proprietaria. Felin. in capitulo. ec. elesta. de const. colum. 12. versic. secundò nota. Sententia igitur non præcedente causæ cognitione lata, est ipso iure nulla. facit text. in capit. ponderet. 50. dist. cap. Deus omnipotens. 2. quæstio. n. 1. cap. quæro. 6. quæstio. 1. cap. summoperè. 11. quæstio. 3. & cap. Henricus. de poeni. dist. 1. c. tum ex literis. de in integ. resti. l. index. & l. quod magno. C. comminatio. epistol. notat expressè Bart. in l. prolata. in fin. C. de senten. & interlo. omni. iudi. Cuius opinio communis est secundum Sebastian. Vanti. vbi plura in hoc refert vbi supra pagin. 298. & 299. numero. 30. cum sequen. Et adde las. consi. 44. colum. 2. libr. 3. vbi plura in confirmationem allegat.

Item est substantiale, quod sententia feratur in scriptis. gloss. in. cap. de causis. de offic. delegat. & in l. prolata. C. de senten. & interlocutio. omni. iudic. tex. in cap. & si sententia. ibi. postquam scripta fuerit. de re iudi. lib. 6. l. 5. titu. 22. parti. 3. Hippolyt. in sing. 327. incip. Ad validitatem sententiæ. Debetq; sententiam legere per se, nisi fuerit Illustris persona. dict. cap. & si sententia. & ibi gl. & dict. l. 5. titu. 22. parti. 3. Fallit tamen in casibus positis à Bartholo. Socin. in tract. regula. cum fallen. regula. 201.

Est etiam dubium, an conclusio in causa, sit de substantia iudicij? Respondent Panormi. & Felin. in cap. cum. l. & A. de re iudi. Card. in Clem. Sæpe §. quia. 19. quæstio de verb. sign. & Robert. Maranta. in speculo aduocat. 6. part. De conclusione in causa. num. 9. pagin. 500. versic. An autem conclusio, dicentes tibi conclusionem non esse de substantia, sed potius ex quadam consuetudine, vnde si omittatur, non vitare processum, nec in causis summarijs. vt in dict. Clem. Sæpe. §. & quia. Idem tenet Ioan. Andr. ad Specul. tit. De renuntiat. & conclusio. in princ. ex relatione Roberti. vbi supra. De cuius veritate videas Sebastian. Vanti. vbi supra pagin. 303. num. 45. Nonò pro substan-

4. Notan-

tiali. De iure regni ex forma tradita in legibus, & Pragmaticis constat necessariam conclusionem esse in processu, tum etiam antiquissimo stylo: causarum, tum etiam autoritate dialogi relatoris. 3. part. capit. 52. Petrus Nunius Auenda. in re-

do: y el juez sea con-

isto tit. supra. & in legibus ordi. iudicarij. c. 6. ibi. *sea auido el pleyto por conclusio*. l. 42. cap. 20. ibi. *can tan ro que la pidan antes de la conclusio para diffinitua*. in lib. Prumatica. Regum Catholicorum.

a *El proceso sea anulado* Imò videtur, quod veritas præualere debeat, & inspicienda sit. quāuis ordō iudicarij nō fuerit seruatus. per. l. n. titu. n. isto libro supra. oppositum hic habetur. Ergo ista lex tanquam vltima derogare legi vndecimæ priori loco positæ, erit fatendum. l. pacta nouissima. C. de pact. §. posteriore. In sti. quibus modis testament. in sti. de cuius antinomia eruditè perpendit Auendanius in respons. i. & dialogus. Relatoris. tertia part. capit. 43. & nos diximus in dict. l. vndecima. Dic ergo, quod lex ista procedit, quādo non liquet de causa per probationes, quæ tunc etq; iudex videat quod pars habet iusticiā, si aduocatus non errasset in libello, non debet ferre sententiam pro ipso: dict. verò lex. 11. procedat, quando aliās per probationes constat de veritate causæ. Vel eam intelligas, quando apparenter, vel existenter potest comprehendi ex libello, quid sibi voluerit libellans. Secus si nec apparenter, nec existenter, nam iudex non tenetur ferre sententiam pro ipso, etiam si ex probationibus processus appareat ipsum fouere iustitiam, si ille articulus. super quo probauit, non continetur in petitione vllō modo, nempe existenter, nec apparenter, vt dixi ex Bald. in authent. Sed & si quis. colum. 1. C. de secund. nup. Barb. in. l. 1. §. si quis ita. ff. de verborum obligatio. Vel aliter intellectus huius legis est, si habet verba sine 30, sed in hunc modum, *si la parte demandare*, prout habent quidam Codices, nempe quod si non seruatur solemnitas iudicij parti petenti, tunc totus corruit processus. Et iste intellectus est planus, & fortè tenendus, nam ineptum redderet sensum lex præsens, & omnino contrariū legi. n. titu. 1. isto libr. 3. supra. Vel aliter, quod lex ista intelligatur, quando pars petijt obseruari solemnitate: dicta verò. l. n. quando nō petitur, sed tacet pars, Colligit ex Motaluo in repertorio harum legum verb. processus. fol. 96. colum. 3. sufficit enim semel iusticiā petere in his, quæ sunt de substantia iudicij, in his autem, quæ sunt de substantia ordinis iudicij vt videntur sententiam requiritur q-

Tom. j. Nn 2 bis

bis petantur, quale est, iuramentum calumnia. Quo fit, quod cum publicatio testium sit de ordine iudiciali, iuxta gloss. & doct. in l. prolatam. C. de senten. & interloc. om. iudic. dialogus Relatoris. 3. parte, capitulo. 45. numero quarto. Robert. Maranta. in speculo aduocato. 6. part. versic. Vnde cimus actus. pagin. 486. l. 42. capitulo. decimo octauo. ibi, de puen- de las prouan- cas publicadas. libro Pragmaticarum. vitia bit processu, si fuerit bis petita. Hodie quauis non petatur explicite, petitar implicite, cum adijcitur illa clau- sula, scilicet, Peto mihi iu- stitiam mini- strari. ex eo, quia illud di- citur iustitie ri, quod recte & rite, id est, seruato iuris ordine fit. gl. in authen. de har. & falc. colla. 1. in. §. ex heredatis. verbo, iustit.

denado en las costas, y en q manera parece que se omite la orden judicial: contiene en este libro arriba en el titulo de los juyzics.

Titulo. V. De las recusaciones de los juezes.

ADDICION.

Este titulo de las recusaciones acerca de los juezes ordinarios y delegados, esta en el titulo. 6. libr. 4. Recopil. y en lo que toca a la recusacion de los Oydores de censejo Real y Presidente y Oydores de las audiencias y Alcaldes de corre, y de las audiencias y de hijos dalgo Notarios y Relatores esta en el titulo. 10. libr. 2. Recopilacionis.

a En las costas, De materia expelsum infra. tit. 18. hoc lib. 3. Couar. etiam agit de hac re in lib. pract. quaz. l. c. 27.

ITIPVS. P. DE RECUSATIONIBUS IUDICUM.

Lex. 1.

b Recusaciones ponen. Periculosum enim est sub suspecto iudice litigare; ideo licet eum per recusationem a causa remouere capit. cum inter. de excep. capit. cum speciali. de appellatio. capit. suspicio. de offic. delegat. Alciat. in practica. folio. 76. vbi agit de recusatione. De qua materia plures multa scripserunt, quae commemorare in specie

non expedit, sed tantum ea, quae ad huius Regiae constitutionis explicationem necessaria fore existimamus.

Et in primis Quaro, quid sit recusatio? Responde, quod est iurisdictionis, vel audientiae causa suspicionis proposita declinatio. Speculat. in titulo de recusatio.

¶ Ley. 1. Como se puede recusar por sospecho so el Alcalde.

¶ El Rey don Alfonso en Alcalá. Era de mil. ccc. lxxvij.

ADDICION.

Est a ley se confirma por la ley 1. titulo. 6. libr. 4. Recopil. adonde se añade, q lo mismo se guardede, en recusar a los juezes delegados.



Recusaciones ponē b los demandados algunas vezes contra los juezes maliciosamente por no responder a las demandas que les son puestas. Porende mandamos q si alguna de las partes alegare que ha por sospe-

tiō? Responde quod de iure naturali inuenta fuisse testantur Panormita. & communiter doctor. in dict. cap. cum inter. de exceptio. per cap. quod suspecti. 3. quaz. 5. in fin. ibi, etiam quodammodo naturale est. & cap. secundo requiris. in fin. de appellatio. quia continet defensionem, ne videlicet innocens opprimatur: & condemnatur per suspectu iudicem, quae defensio est iuris naturalis. Cle. Pastoralis. §. ceterum. de re iudi. Sed dicendum cen seo cu Rebuff. vbi supra. nu. 6. pag. 148. vers. Ego dicerem, quod recusatio est iudiciali iure positio, quada ratione distante naturali. vt in dict. c. secundo requiris. in fin. ibi. Ipsa naq; ratio dicitur, quia

quia suspecti, & inimici iudices esse non debent. Etiam probat casus dict. cap. quod suspecti. in illis verbis. Quo dammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, & inimicorum iudicium velle refugere. Et sic non dicit esse naturale, sed quo dammodo naturale. Sic dicitur de legitima, vt sit introducta de iure civili, ratione naturali distante. §. primum itaque. ibi, secundum naturam ipsis debeatur. in auth. de heredi. & falc. colla. 1. ita tamen, vt quarta pars, quae eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo diminuatur. l. pen. C. de legitimis heredi. Vincenti. Hercula. in l. quod de bonis. §. fin. ff. ad legem falcidi. & in disputa. 1. incip. Perusinus. 2. q. Panormi. conf. 63. column. 2. lib. 1. Alexand. conf. 75. column. 3. lib. 1. Rota decisio. 18. in nouis. Philipp. Deci. in l. iura sanguinis. num. 7. ff. de regulis iur. vbi ipse, & Hieronym. C. calon in eius additione plura citant in isto articulo. Rebuff. in tract. de decimis. q. 1. Dinus in regula. Indultum. de regul. iur. lib. 6. Signo. de Homodis. conf. 27. colu. 1. cum sequentibus. qui pulchre loquitur.

Tertio dubitatur, Vtrum minor, seu ecclesia non obijciens exceptionem recusationis intra terminum a iure concessum, eo elapso, per viam restitutionis admittendus sit? Et videtur dicendum quod sic: quia durum esset eorum suspecto iudice litigare. l. apertissimi. C. de iudic. Ioan. Mauri. in tracta. de in integ. resti. cap. 253. Et istam sententiam seruatum fuisse in Granatensi Praetorio professus est dignissimus senator Philippi Regis Hispaniae Doctor Couar. in lib. pract. quaz. l. cap. 26. num. 4. vbi aliqua adducit ad hoc, vt non debeant admitti, elapso termino post conclusionem in causa, recusationes, quae ante eiusdem litis conclusionem ortae fuerunt. Reliqua, quae ibi tradit in hac materia recusationis, non transcribo, quia per eum clara, singulariq; eruditione, vt sui moris est, scripta reperies. Et per Lanfranch. & Niconiti. in rep. cap. quoniam contra. verbo, Recusationes. de probatio. & ibi. Augst. Beroi. num. 148. Curti. iunior in l. ex quacunq; col. 5. numer. 26. ff. si quis in ius voca. non ier. lal. in l. apertissimi. C. de iudi. Philipp. Franch. & Praposit. in capit. postremo. de appellatio. Bald. in cap. cum speciali. & in cap. suspicionis. de offic. delegat. Dialogus Relatoris. 3. parte. c. 38. numero. 10. Robert. Maranta. in specul. aduocat. 6. part. pagina. 577. num. 24. cum sequent Bald. conf. 26. column. 1. nu. 2. libr. 1. Paul. de Cast. conf. 33. incip. Ista pronuntiatio. colu. 1. lib. 2. Praposit. Alexandri. in cap. secundo requiri. num. 6. & in cap. cum sit speciale. num. 18. cum sequent. de appellatio. Quibus in locis plures quae siones in materia recusandi iudicem inuenies.

Quantum dubium censerit solet, quomodo sit

proponenda recusatio contra iudicem? Respondeo quod in scriptis. gloss. in cap. quoniam contra. verb. recusationes. de probatio. & in cap. secundo requiris. §. 1. de appella. Specula. de exceptioni. §. viso. vers. Sed nunquid. Panormi. in cap. prudentiam. §. sexta. de offi. delegat. Praposit. in dict. c. cum sit speciale. num. 18. vers. nunc autem his de claratis. vt latius infra dicemus.

Itē proponenda erit coram iudice recusato, & exprimenda est causa de iure Canonico, non tamen de iure civili. Latē probat Praposit. in capit. cum speciale sit. colu. 2. nota. 4. de appell. Iurare tamen debet recusans, quod iudicem non recusat ex malitia. ex gloss. & Bald. in dict. l. apertissimi. C. de iudic. l. 22. titu. 4. part. 3. & hic. ibi, iare. Rebuff. in consil. regias Galliae. de recusationi. arti. 9. glo. vni. col. 1.

Quaro, 5. cuius expensis dabitur assessor iudici recusato ad petitionem vnus ex colligitantibus? Respondeo, quod expensis recusantis, cum ipse fuerit causa inquirendi extraneum iudicem seorsum ab ordinario, seu delegato, qui potuit, & debebat ex proprio officio iudicare. Bal. in l. 4. §. sed & si. ff. finium regundo. Albeit. l. eos. §. si quis num. 8. C. de appell. gloss. in l. 6. t. in. 8. lib. 1. fori legum. Et ita praeticatur, quod qui recusat, soluit expensas assessoriae. Facit dictum Bald. in cap. non nulli. colu. 3. num. 9. de refe. nepe quod in omnibus casibus, in quibus habet locum remissio, debet fieri expensis petentis. Sequitur Sebaltia. Sapia in repe. l. hares absens. §. si quis turelam. nu. 6. ff. de iudi. Et ita in quaestione facti subiecta in ciuitate Ciuitatensi Roderici iudicis rogati respon. di. Saadetur ex gloss. in l. cum sape. in verb. agno scere. C. de eroga. milit. an. lib. 12. quae tenet, quod si quis incarcereetur, & custodiatur causa alicuius, ille, cuius contemplatione fuit incarcereatus, tenetur soluere omnes expensas. Est singul. secundum Guid. decisio. 211. num. 2. Angel. §. in. in b. In l. de actio. non est alibi secundum Bart. in l. sancti. nu. 2. ff. de rer. diui. vbi per eam tenet, quod si quis petat a iudice custodes, ne iniuriam ei ab aliquo tertio inferatur, quod suis expensis, & non iudicis debet custodes habere. Barto. in l. lallicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. Praesid. num. 8. colu. 2. Cor set. in singul. verbo. Expensa, in primo. lal. in l. 4. ff. de edend. num. 11. in. §. etiam is. col. fin. vbi idē notat de assessore dato propter recusationem patris, & de testibus absentibus, qui veniunt ad deponendum in causa. Item si mittitur nuntius absentis ad iurandum de calumnia, debet mitti expensis ipsius absentis, quia ipse est causa, quod expensa fiant. lal. in d. §. etiam is. num. 12. gloss. in l. 2. §. defendi. & ibi Bar. in fin. ad hoc notat. ff. ex quib. caus. in posse. ea. de quo per Ioan. Andr. & Domi.

in rub. de iu. calum. lib. 6. Adde Imol. in l. 1. recusare. §. fin. ff. ad Trebellia. & text. in l. generaliter. §. his de presentibus. & ibi Barto. Bald. & Sali. C. de reb. credi. & tex. in dict. l. eos. §. Si quid autē. C. de appella. Et quāvis lat. in dict. §. etiam is. nu. 10. velut, quod affessor debeat solui expensis utriusque partis, tamen opinio, quod solius petentis debeat solui, seruatur apud Hispanos, cum Spec. titu. De assessor. §. salarium. verfi. Quid sit alter litigatorū. Ad de Barb. ad Bald. in l. quoniam liberi. numero. 5. C. de testib. in verb. gl. inducit. Quod est singulariter notandum, & practicae futrixum, & dixi in repilogo hanc reticorū. in l. 3. tit. 4. lib. 8. supra & in l. 1. glo. r. titu. 17. eo. lib. 8. ordin.

Præterea & 6. dubitatur. Vtrum recufatio legitimè propofita impediatur iurisdictionē iudicis recufati, ac reddat iudicium retro nullum? Et videtur quod sic: nam recufatio, & appellatio æquiparantur in iure: sed appellatio pendente nihil nonari licet, ergo. &c. Antecedens probatur in capit. super eo. vbi Panormi. de offi. de lega. Deci. in ca. postremo. in prin. primæ colum. de appell. Boeri. decisio. 259. nu. 3. Consequens in tit. ff. nihil nou. ap. pe. pendens. Et dicam infra de appella.

Secundò illam sententiā tenet glo. in cap. quod suspecti. verb. canonice. 3. quæstione. 5. Bar. consi. 105. & in l. quia poterat. ff. ad Trebellian. quia hæc sententiā veriore m. ait. Et dem Alexand. in l. hosti. ff. de iurisd. om. iudic. & consi. 89. lib. 1. Hosti. & Panormi. in cap. cum speciali. de appellat. Lap. allega. 1. n. 2. glo. in verb. ab executore. in l. apertissimi. C. de iudi. vbi Sali. & Angel. Paul. Paris. consi. 98. colum. 2. nume. 7. lib. 1. Quorum opinio communis est, quod quemadmodum appellatio emissa suspendit iurisdictionē iudicis à quo, ut non teneant acta post eam, ita recufatio secundum Anto. Tremol. in practica. ad Bonacur. titu. de recufatio. addi. fina. & Sebastia. Vanti. de nulli. pro cess. & senten. rubr. De nullitate ex defectu iurisdictionis. ordina. nume. 140. Ioan. de Amicis. consi. 109. colum. 2. num. 5. vbi alia ad hoc citat. De iure civili hoc procedit. de iure autē Canonico non est nullus processus, sed annullandus. gloss. in ca. quoties. verb. appellent. 2. quæstione. 6. & in cap. nouit. de appell. & gloss. in cap. quoniam contra de proba. verb. recufationes. Bald. Imol. & Decius in cap. cum speciali. colum. fin. num. 9. de appella. idem Imol. in l. quia poterat. ff. ad Trebell. & in l. quidam consulebat. ff. de re iudi. Roma. consi. 220. per text. in cap. iudex. de offi. de legat. lib. 6. & ca. secundò requirit. verfi. quid sit coram. de appell. Ratio diuersitatis ea potest esse: quia de iure civili recufatio propofita operatur suum effectum absque causa probatione. gl. in l. quia poterat. ff. ad Tre-

bell. verb. nec illud. nota. in l. apertissimi. C. de iudi. Est regia. l. 4. tit. 16. isto. lib. 3. ordinam. infra. & in præfenti. l. 1.

De iure autem Canonico requiritur, quod causa allegetur, & coram arbitris probetur. cap. legitima. de appell. lib. 6. merito ante probationē, processus non redditur nullus, & tenet Spec. de recufat. §. qualiter autem. num. 10.

Limia, nisi iam electi essent arbitri in causa suspicionis: quia ex quo cognitio iam est translata in arbitros, processus iudicis recufati etiam de iure Canonico est nullus. Angel. in l. apertissimi. C. de iudi. Deci. in dict. cap. cum speciali. colum. fin. de appell. & in consi. 175. colū. 2. lib. 1. vbi firmat illam opinionem esse comunem. De hac quæstione latissime agit Prapposit. in. d. c. cum sit speciale num. 40. de appell.

Quæro. 7. Vtrum omnes de cõsilio Regis possint recufari, vel totum parlamentum, vel doctoralicius vniuersitatis, & quod Prafes, vel caput est suspectum, vel synodus? Videas per Nicolaum Boeri. decisio. 269. De iure Regio causa suspicionis est alleganda contra fenatore m Regium, & probanda coram reliquis auditoribus. iuxta l. 3. infra eodem. & l. 42. capit. 21. & 22. in libr. Prag. vbi habes penam non probantis causam recufationis propofitam. Excludendum est auditor recufatus, quando cognoscunt ceteri de causa recufationis an sit iusta. Alexand. in cap. cum sit speciale de appellatio. Capiti. decisio. 138. numero. 5. Rebuff. vbi supra. pagina. 158. numero. 8. & 159. tertij toni.

Quæro. 8. Vtrum notarius, aduocatus, & procurator possint recufari? Et gloss. in authentic. detrien. & semisse. §. & quod sape. verb. artificis. colatio. 3. respondet quod sic. singul. ad hoc eam dicit Bald. in cap. quoniam contra. colum. 4. num. 12. de probat. Boeri. decisio. 258. numero. 7. vbi alios citat. tenet Lucas de Pen. in l. hac parte. colū. C. de proxi. sacro. serinio. libr. 12. vbi assignat rationem, quare tabellio possit recufari, & recufationis causa per iuramentum recufantis probatur Alex. consi. 104. col. 2. libr. 5. & Boeri. d. decisio. 158. num. 7. Anchar. consi. 263.

Quæro. 9. Vtrum remedium inductum contra iudicem suspectum quod possit remoueri, & recufari, possit à partibus renuntiat? Et videtur quod non: nam recufatio est iuris naturalis. capit. quod suspecti. §. nam quodam modo. 3. q. 5. & continet defensionem: nam dorum est sub suspecto iudice litigare. capit. cum inter. de exceptio. ea autem sunt immutabilia. Clem. Pastoralis. §. caeterum. de re iudica.

Suadetur secundò. Causa etiam si commissita sit iudici

iudici suspecto, nõ censetur remota recufatio. gl. in cap. ad hæc. de rescrip. nota. secundum Deci. in cap. postremo. nume. 4. de appella. Panormita. in cap. accedens. 1. vt lit. non contest. nota. 5. etiam si committeretur motu proprio Principis. Panorm. in. c. cum olim. 2. colum. fin. de offi. de legat. Deci. vbi supra. Ratio potest esse, quia id factio expresso non poterat tollere, ergo nec ex tacito nõ est præsumendum.

Itẽ reipublicæ interest, ne quis re sua malè vtatur, sed si remitteret suspicionem, perderet suã causam, & sic rem deductam in iudicio, ergo non valet renuntiatio.

In oppositū patet ratio. Nã omittens exceptio nõ recufationis, censetur approbasse personã iudicis, ac perinde postea nõ potest eam amplius opponere. Ergo à fortiori dicendū erit mediante approbatione expressa, maxime, quia ius est pro iudice, quod ritè, & rectè procedet in offi. l. 2. C. de offi. ci. ui. iudic. ibi, quod non arbitramur. Bald. in l. vn. C. ne quis in sua causa. Alcizius in tracta. præsumptio. regul. 3. præsumptio. 9.

Confirmatur ex Spec. de recufat. §. si autem recufatio. vbi constat, quod recufatio iudicis ex tacita seu expressa approbatione partis excluditur. facit in arg. l. si cõuenerit. ff. de iurisd. om. iudi. idẽ probat Paul. Paris. consi. 31. nu. 70. libr. 1. ergo & in casu propofito.

Tamen in cõtrarium versatur. Nam si quis pro miserit stare iudicio alicuius, & non appellare, intelligitur dum tamẽ iniquum quid non appareat, & promissio non comprehendit illicitum capit, Quintauallis. de iure iurand. text. in capitu. ad hæc vbi latè Deci. numer. 2. de appella. Sed primam tenem, nempe quod possit. Nam comparens voluntariè corã iudice recufato ex causa præcedenti, non poterit recufari. c. ex parte. m. de appellat. ca. cum speciali. de appella. glo. in. c. nõ solum. de appella. lib. 6. Bart. in l. à procedente. C. de dilatio. Alexand. de Imol. consi. 183. colum. 2. libr. 2. Rebuff. in constitutio. regias Galliar. de recufationibus. ar. 6. glo. vn. num. 4.

Quæro. 10. Quæ sint causæ, propter quas iudex poterit recufari? Et respond. quod vna est, si iudex est nimis fauorabilis alteri parti. Deci. consi. 260. nu. 4. lib. 2. Vel si loquatur aduersarius familiariter ad aures iudicis. Roma. sing. 257.

Item si est iniquus iudex. Deci. consi. 175. nu. 1. libr. 1. Item si causa de apicibus iuris esset commissita alicui doctori crasi ingenij. Iaso. in l. stipulatio num. quædam. num. 5. ff. de verb. obliga. Item propter confanguinitatem, vel ad alias causas, de quibus per Deci. in c. postremo. de app. Quadraginta congescit Rober. Maranta. in spec. aduoca. 6. part.

§. secundusa ctus. nu. 27. pagi. 558.

Amplia primò, quod iudex ordinarius potest recufari. c. cum speciali. de appe. text. est in hac. l. 1. De iure autè authent. vid. authent. si verò, de iudi. & ibi Ias. vbi nõ potest recufari in totū, sed datur socius. Idẽ fit iure Regio, vt hic. Ias. in. d. l. apertissimi. n. 4.

Item potest recufari iudex delegatus. l. apertissim. C. de iudi. cap. si contra vnum, de offi. de leg. lib. 6. l. fin. infra cod. tit. 5. Quod procedit, nisi esset petitus per aliquam partē, nam ab impetrante non poterit recufari. authent. offeratur. C. de litis contest. Quod etiam extende non solum si sit impetratus per partem, sed etiam si sit impetratus per eius procuratorem. gloss. l. 2. in. c. cum olim. de caus. poss. & propriet. quam ibi laudat Bald. Si autè ab vtraque parte fuerit impetratus, à nullo poterit recufari, nisi ex noua causa. text. est in. ca. infinuante. de offi. de lega. l. 2. C. de conforti. eiusdem litis. iuncta glo. ibidem.

Itẽ potest recufari Tabellio, vt supra dixi quæstio. 8. Alex. ad Bald. in l. apertissim. C. de iudi.

Item potest recufari Procurator etiam post litē contestat. gloss. in l. item si suspectus. ff. de Procurat. Inimici hominis, do mestici eius. Et nulla deterior pestis ad nocendum, quàm familiaris, inimicus secundum Boetium, sed huiusmodi esset procurator, ergo repellendus.

Item recufatur arbiter cõpromissarius ex causa noua, vel antiqua de nouo reperta. text. singul. in l. nõ distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. l. 3. titu. 4. part. 3. Et iste est casus, in quo requiritur de necessitate, quod exprimat causa suspicionis, & cognoscat de ista suspicionis causa iudex ordinarius loci. text. est in dict. l. partitæ. & in l. 22. tit. 4. part. 3.

Item recufari poterit assessor. Panormita. in cap. pit. 1. columna. 3. de iudic. Adde Parid. de Puteo. tracta. syndicatus. verb. suspicio. Oprimè causas propter quas recufari potest iudex, explicat Rebuffus in constitutio. Regia Galliar. tertia part. tract. de recufatio. arti. 9. gloss. vna. nu. 9. Vtrum autem scholaris si habeat suspensionem corã aliquem doctorem, seu cancellarium in examine suo possit eum, vel eos, qui sibi existunt suspecti recufare? Respon. posse. Et ita fuit Salmantica. practictu, me existete doctore iam sunt decem ferè anni elapsi. Panormita. in cap. causam. de offi. de lega. Felin. in cap. ex literis. num. 30. de consi. Rebuff. in tracta. de priuileg. schola. priuilegio. 87. vbi recurre, quia est quotidianum.

Dubitatur. 11. Vtrum merus executor recufari possit? Et est dicendum quod non cap. super eo. 2. & in cap. nouit. de appe. Ias. in l. fin. nu. 9. C. de iudic. Specul. de recufatio. §. recufari. in fin. num. 7.

Tom. j. Nn 4 Nota

Nota tamen, quod postquam conclusum est in causa in casibus supradictis, non est locus recusationi, etiam si causa superueniat. Panormi. in capit. cum dilectus. de caus. possess. columna. 5. Et si est vera hæc opinio, datur opti. limitatio ad dict. capit. in fin. de offi. deleg. & tenet Preposit. in cap. cum sit speciale. nu. 22. de appella. ibiq; hæc conclusionem aliquot modis limitat.

Quæro. 11. Aliquis fuit recusatus mediante certa causa expressa in reculatione, vtrum alia non expressa prosequi possit? Et concludendum est quod non. Bonifaci. in Clementin. Appellanti. columna. 6. numero. 69. infra. de appellatio. Speculat. tenet expressè in titulo de recusa. §. fina. numero. 28. libro. 1. Et ibi respondet ad contraria. Quia ex causa iusta allegata, & expressa poterit recusari, non autem ex causa non allegata, quanvis idonea esset ad repellendum iudicem, casu quo proposita, & probata existeret. Preposit. idem tenet in d. cap. cum speciale sit. nu. 20.

Quid autem si non expressit causam in reculatione, an possit eam explicare coram arbitris, vel saltem antequam fuerint ad conclusionem? Causa suspicionis non expressa, poterit proponi antequam arbitri eligantur, vt videmus in appellatione ab interloquutoria, vt in ea infra decem dies possit exprimi causa, quia infra illud tempus possit appellare, secundum Bald. in dicto capit. cum sit speciale & ibi Alexandri. numero. 19. de appellatio. Adh. ad Speculat. titulo. de recusa. §. effectus autem. nume. 27. verb. probauit.

Quæro. 13. Iudex postquam fuerit recusatus, quid facere debeat? Et in hoc articulo sic distinguere. Nam aut queris de iure ciuili, aut de iure regni, aut de iure Canonico.

Si de iure ciuili, aut loquimur in ordinario, aut in delegato. Si in ordinario, recusatō tunc non habet locum. text. in authentic. Si verò. C. de iudic. Si in delegato, habet locum. l. final. C. de iudic.

De iure verò regni siue sit ordinarius, siue delegatus, habet locum, vt in hac. l. r. & l. si isto titu. quas nunc declaramus.

De iure autem Canonico distinguendum est. Aut loquimur in ordinario, aut in delegato. Si in ordinario, procedit text. in capit. cum sit speciale. de appellatio. qui vult, quod partes eligant arbitros, coram quibus cognoscatur de causa suspicionis: ipse tamen ordinarius recusatus poterit statuere terminum ipsis arbitris, intra quem dictam suspicionis causam debeant terminare. text. in capit. legitima. de appellatio. libro. 6. & si constat causam suspicionis esse iustam, est

in optione ipsius recusati causam remittere ad superiore, aut ipse eam committet alicui personæ, vtrique parti non suspectæ, & ita loquitur text. in dict. ca. cum speciali. de appella.

Aut versatur questio in iudice delegato, & tunc aut est delegatus a sede apostolica, aut ab inferiore. Si est a sede apostolica, habet locum text. in capit. si contra vnum, de offi. delega. libro. 6. si autem est delegatus ab inferiore, tunc de causa recusationis debet cognoscere Episcopus ordinarius. Casus est in capit. l. contra vnum. §. final. de offi. de legat. libro. 6. Si autem recusat officialis, tunc procedit text. in dicto capitulo si contra vnum. Vide optimam legem. 22. titulo. 4. part. 3.

Quæro. 14. Vtrum recusatō sit in scriptis proponenda? Et conclusiue dicendum est, quod recusatō est facienda in scriptis. text. iuncta gloss. libellum in l. apertissimi. & in l. final. C. de iudic. gloss. verb. recusatōnes. in capit. quoniam contra. de proba. & ibi Hosti. Ioan. Andræ. & Panormi. Spec. de recusatōne. §. qualiter. numero. 1. dicens, quod in libello recusatōnis continetur quis, quem, in qua causa, & quare recusat. Idem Ioan. Andr. Arch. & Domi. in capit. legitima, de appella. libro. 6. l. 42. capit. 21. libro. Pragmatica. ibi *vean luego, y ex aminen el scripto de la recusacion: è fe las causas en el contenido.* &c. Et ibi. cap. 22. dū dicit, *que en el mismo scripto de la recusacion.* Constat etiam, quia in obiectione huius recusatōnis tractatur de præiudicio tam iudicis recusati, quam partis, & debet apparere de iustitia, vel iniustitia cause ad hoc, vt iuxta formam petitionis sententia pronuntietur cap. licet Hely. de symoni. l. vt fundus. ff. communi. diuid. Tenet Iaso. in d. l. apertissimi. nu. 15. Rebuff. dicit communem vbi supra in constitutio. regias Galliar. tertia parte. pagina. 159. numero. 6. Tū etiam ius regium est accipiendum secundum ius commune lege nam & posteriores. ff. de legib. Et sic casus omittus ab statuto, vel qualibet alia constitutione, seu dispositione, manet sub dispositione iuris communis lege si verò. §. de viro. ff. solut. matrimo. capit. 2. de transla. præla. capit. dilectus. de tempor. or. capit. is qui. de sentent. excommunicata. libro. 6. Clementin. Ne Romani. & Clementin. Constitutio. de electio. quæ iura loquuntur de lege, & Canone. De alijs dispositionibus adde Andræ. Tiraquell. de iure primogeniorum. quæstione. 40. numero. 190. Si ergo ita est, quod de iure ciuili & Canonico est necessarium, quod recusatō in scriptis proponatur, consequens erit fatei, quod etiam de iure regio locum habere debeat per prædicta. Et ita intelligo legem hanc. l. 1. 2. & l. 3. infra. quæ dicitur, ibi,

ponen.

ponen. & ibi, *alegare que ha por sospecho al Alcalde.* &c. & non dicant, an in scriptis, vel sine scriptis, vt procedant secundum formam constitutam à iure antiquo. & l. 9. tit. 7. lib. 1. for. ibi, *di xere que ha por sospecho a aquel Alcalde.* & l. 22. tit. 4. part. 3. & l. 191. styli. & secundum ius nouum Pragmatici. d. l. 42. cap. 21. & cap. 22.

Quæro. 15. Vtrum causa recusationis cessante, cesset & ipsa recusatō? Et videtur, quod non: nā initium vile & validum fuisse inspiciendum est, & si res perueniat ad casum, à quo incipere nō potuit. l. 1. §. sed si filius fami. ff. de legat. tertio. vbi testamentum nullum à principio, ex post facto nō confirmatur ex habilitate superuenienti. Item actus validus à principio, non retractatur ex causa superuenienti de nouo. text. est in sui ratione in l. vnica. ff. si tabular. testa. extabunt. ibi, nam & si mortis tempore tabular. fuerint, licet postea interierint, competet bonorum possessio, quia verum fuit tabular. extare. cessante enim causa dispositio nis, non cessat effectus iam consummatus. l. fina. in princip. C. vnde libe. l. sancimus. C. de admini. tuto. sed causa recusatōnis fuit legitima tempore, quo fuit opposita, ergo licet postea cesset, non cessat remorior. facit. l. facta. ff. de au. & argen. legat. Rota. 502. in antiq.

In oppositum facit: nam cessante causa recusationis, cessare debet dispositio, & sic remotio. argumen. capit. magnæ. in fine. de vot. capit. cum cessante. de appellatio. ibi. facit glossa in Clem. r. verbo. donec. de decim.

Item confirmatur ex Specu. de iudic. delegat. §. superest videre. versicu. Quid si socius, quod licet socius durante societate nō possit dari iudex socius, & si duret, possit recusari: tamen ea societate finita, potest esse iudex, nec vt suspectus recusabitur, cessante scilicet recusationis causa. Et sequitur Alberi. in l. cui eorū. §. affinitates. in fin. ff. de postul. & in l. affinitatis. C. communia de suc. Hippolyt. in l. etiam si tedhibitus. colum. secunda. ff. de questio.

Quam ipse intelligerem in casibus præmissis, in quibus constaret verè, quod cessauit causa recusationis, non autem vbi omnino esset remorior, & sic recusatō potita esset suum effectum, vel esset causa inimicitæ, & esset postea sequuta reconciliatio, nam de tali amico non est fidendum, vt dicitur vulgariter. Et sic poteris respondere ad adducta pro priori parte. De inimico reconciliato tenet Specu. titu. de iudic. delega. §. superest. num. 13. citat capi. accusatores. in primo. 3. quæstione. 5. & capit. propositi. de appella.

Quid facere debeat iudex delegatus facta recusatione? Specu. de exceptio. & replica. §. viso quando exceptiones. numer. 19. dicit, quod facta recusa

tione, iudex delegatus consideret, an manifeste sit sufficiens causa recusationis, quod si est, statim superfeadat, & fiat prout dicitur de appellatio. ibi. capit. cum speciali. & de offi. delega. capit. suspicionis. & compellat partes eligere arbitros, qui de causa suspicionis cognoscant. de foro competent. capit. si quis contra. & de appellatio. ibi. ad hæc & in. vbi Preposit. numero 13. Si verò iudex dubitat, an causa sit sufficiens, putat, quia non est expressa in iure, statim eligant arbitros secundum formam, quæ habetur in prædictis iuribus suspicionis. & capit. cum speciali. Quod si sit manifeste frivola, quia proponit eam, dicendo, Recusatote, quia semel refectionem sumpsi cum ad versario meo, vel quia fuit tecum ad sanctum Jacobum in Compofstella, vel quia studisti similitudinem eadem scholas & sub eodem præceptore, iudex non admittet eam, sed procedet in causa, recusatōne minime obstant. capit. pastoralis. de appellatio. ibi. qualiter. de iudic. etiam si appellauerit, vt ibi. & in capit. vt debeat. de appellatio. ibi. Quod intellige, quando causa esset notorie frustratoria secundum specul. de recusatō. §. qualiter autem. numer. 2. Alias autem cognitio vtrum sit legitima, nec ne, spectat ad arbitros, quia iudex semper iudicaret causam contra eum propositam iniustam esse, secundum Specula. loco proxime citato. Et probatur ex eo. Speculato. de recusa. §. effectus. numero. 24. Vide Felinum ponentem regulam cum. 14. fallent. in capit. super literis. de re scriptis. Iacobi. in. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. ac Corset. in singul. verb. iurisdictione. el. r.

Quæro. 17. Vtrum propter suspicionem; quæ est in Episcopo, vel delegante, possit delegatus, seu eius vicarius recusari? Et videtur, quod sic. Nam vicarius alicuius prælati est in effectu eius domesticus, similiter delegatus, saltem sunt ei amici, & volunt satisfacere iniuriam illatam Episcopo, vel deleganti, ex qua procedit causa suspicionis in ipsis. Ergo præsumitur suspectus, tum ratione domesticitatis, tum gratia amicitæ, vel muneris recepti, vel quod sperari potest ab Episcopo, vel alia potestate: sicuti videmus quotidie, experientiaque docti sumus, facillimè flectuntur homines in iudicijs, siue superiores, siue inferiores sint ex præmissis causis.

Secundò suadetur ex capit. visis. 16. quæstione. 2. dum dicit, humani moris est, illum vereri, cuius iudicio, & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Sed sic est in specie proposita, ergo intentum. Et hanc opinionem tenent Panormi. & Felin. in capit. in fin. uante. numer. 1. de offi. delega. vbi ipse Felin. plura allegat, quæ faciunt ad confirmationem huius nostræ quæstionis.

Nā 5 Iaso au-

Iaso autem ex textu in l. solet. col. fin. nu. 3. ff. de iur. om. iudi. videtur tenere contrariam sententiam, sic dicendo. Nota est illis legibus, quod causa suspitionis, quae est in delegante, non durat in eius delegato. Quod intellige, & limita secundum textum in capit. iudex. de offic. delega. libro. 6. quem debuit allegare Bart. hic, qui alium corrupte allegat. Haec sunt verba Iasonis loco praescripto.

Et ista opinio Iaso. probatur in capitulo. si contra vnum. in fin. de offic. delega. Rip. in capit. primo. nume. 44. de iudic. sed tenent secundum eum contrarium verius est, & tenent communiter Doctores. Ratio est manifesta: nam poterit Episcopus vicarium suum pro libito remouere. glo. in Clement. 2. de rescript. Domini. in capit. 1. de offic. vica. libr. 6. Rip. vbi supra. ergo verisimile est, quod traheatur in sententiam episcopi, ne reuocetur, seu remoueat ab officio.

Præterea confirmatur ex Bal. in l. 1. C. si rector prouin. quem citat Boeri. decisio. 269. nu. 2. quod propter caput suspectum, poterit totum collegium recusari. Felin. in capit. 3. de iudic. & Paris de Puteo. in tract. syn dicatus. verb. suspicio. nu. me. 10. fol. 254. gloss. in capit. in singulis. verb. appellatione. in fin. de sta. regula. quae vult, quod si est suspectus principalis, tota synodus recusari poterit. Citat eam Felinus in capit. in sinuante. col. 2. nu. 5. de offic. delega. Boeri. dict. decisio. 269. nu. 1. Barba. in capit. 1. de iudic. Ergo & Vicarius Episcopi, seu habens causam ab alio delegatam in specie proposita poterit recusari. Confirmatur ex Praposit. in capit. cum speciali. col. 12. de appella. quem refert, & sequitur Anto. Capici. decisio. 138. numer. 4. quod si praedecessor fuit suspectus, potest etiam recusari successor, quando suspicio fuisse causata respectu dignitatis, non personae. Sed hic potest facere respectu successione in effectu, & quia causa suspitionis viget contra delegantem, de quibus per Parid. de Puteo. in tracta. syn dicatus. verb. suspicio. ergo idem ius debet militare.

Limita tamen in Vicario Episcopi, qui habita ret seorsum, & in eo, qui non eligitur ab ordinario, seu Episcopo. argum. l. à proconsulibus. C. de appell. Felin. in d. c. in sinuante. col. 2. num. 1. de offic. delega.

Item fallit secundum eundem Felin. loco proximè citato in causa commissa Vicario tanquam delegato à Papa. Cardina. in Clementi. secunda. quaestione. 8. supra. de offic. vica. qui dicit ita se consulisse. Rip. in c. 1. de iudic. nume. 44.

Fallit tertio, quando Vicarius tanquam familiaris non subest Episcopo, vel caput suspectum esset tale, quod non presumetur ratione subiectionis, quia vniuersitas non est ei subiecta, quod faceret iniustum. Bald. & Anto. in capit. 1. de iudi.

Secus si ei subest Boeri. decisione. 269. num. 2. Vnde si rector, vel scholasticus esset mihi suspectus, non ex eo sequitur, quod ex hac causa sint doctores nostrae vniuersitatis, in qua maxime viget iustitia, & summa reuerentia, & vnusquisque secundum suam conscientiam rectum facere nititur.

Decima octaua quaestio, Vtrum omnes de vniuersitate, Collegio, seu ciuitate possint recusari? Est dicendum, quod quauis qui allegat omnes doctores de ciuitate suspectos praesumatur quod faciat in fraudem. vt inquit Bald. in l. hoc modo. per illum rex. ff. de cond. & demonstra. tamen admittenda est recusatio, secundum Alberi. in l. 1. part. statuto. questio. 100. incip. An autem possit quis dicere omnes iudices. refert & sequitur Ias. in l. cum apertissimi. col. 3. C. de iudic. Philippus Franch. in capit. cum speciali. col. 6. vers. Decimo quaeritur. de appella. Anto. Capici. decisio. 138. nu. me. 6. Facit cap. licet ex suscepto. de foro compe.

In contrarium versatur gloss. in capit. 1. verb. interrogatus. de iudic. quae dicit, quod tota synodus non potest recusari tanquam suspecta, seu Concilium. De qua praeter alios ibi est videndus Ripa. Quod est verum si sit Concilium vniuersale, secus si sit provinciale. Et vtroque casu intellecta gloss. est communis. Et quia secundum communem intellectum Concilium coram quo ibi Episcopus promiserat litigare, erat provinciale, praedicta gloss. relata ad textum communiter improbat. Licet eam defendat Domi. Iacoba. de Concilio. libr. quinto. artic. decimo. vbi ponit aliam tertiam assertionem, quod Concilium vniuersale, vbi non praesit Papa, potest etiam recusari. Quam intellige, & limita per eundem pulchre loquentem in hoc articulo. Vide Ripam in c. 1. nume. 45. de iudic. Qui est videndus à nume. 44. vsque ad. 46. exclusiue, & ibi ponit quinque conclusiones in materia.

De iure regni quauis summus Praetor recusetur, & probata causa recusatōnis iuxta. l. 42. capitu. 22. in libro Pragmatica. remouetur, non ex hoc ceteri sunt suspecti, cum antiquior auditor in eius locum statim subrogatur, & sic Consilium remanet in totum integrum in sua substantia, nec alij auditores sint ei subiecti, nec ab eo praesertim, & vnusquisque suo capite gubernatur abique timore ipsius Praesidentis, vt experientia docet. Nam possumus dicere illud Persij.

*Nulle hominum species, & rerum discolor vsus,
Velle suum cuique est, nec voto viuatur vno.*

Gloss. in l. Barbarius. ff. de off. Praeto. verb. multo magis. Et quauis omnes recusetur, valet recusatio, & recusati debent nominare iudices literatos ad causam definiendam. dict. l. 42. cap. vigesimo secundum. versic. *E si todos los del consejo.*

Quaro.

Quaro. 19. Quis cognoscat de causa recusatōnis proposita contra regium Senatorem? Respon. quod alij conuidentes, seu auditores non recusatō. dict. l. 42. capitu. 21. libro Pragmatica. Si autem iudex ordinarius recusetur, datur ei adiunctus, & non remouetur in totum. authent. si verò. C. de iudi. Iaso. in l. apertissimi. numero. 4. eod. titulo. Et debet recusans iurare recusatōnem esse iustam, & non ex causa malitiae obiectam. Et sine insertione causae sufficit, secundum ius regni, vt in hac lege habet. & in. l. 12. ibiq; Greg. Lop. tit. 4. p. 3.

Potest quàm iudex fuerit recusatō, recusans debet protestare nullitatem processus, & adijcere, quod eum recusat, & omnes iudices seculares, & tales & tales literatos, si qui fuerint in ciuitate sine iurata suspitionis, & iurare recusatōnem, & testimonium recusatōnis petere à Tabellione. Et deinde in proximo consistorio accedere cum petitione bene formata. vt declarauit in cap. quoniam contra. de probatio. vbi praxis, quae est seruanda in regno in recusatōne, & petitiones, quae fieri debent secundum hylum hodiernum propositum. Et ne ignoretur forma, erit sequens.

*Muy magnificos señores. Inan en nombre de su
lano preso en la carcel publica desta ciudad en
cierta aserta causa criminal, que se trata con Pe
dro, y a su pedimiento, yo tengo en ella por sospe
chofo al muy magnifico señor ful. Corregidor de
esta ciudad, y a su teniente, el señor. N. y a su Al
calde mayor el Licenciado. N. y Alguazil ma
yor, y a los demas justicias desta ciudad, y por ta
les sospechosos los tengo recusados. Y porque se
me guarde mi justicia, a. V. S. pido, y suplico
mande nombrar, y nombre dos señores Regido
res deste su muy insigne consistorio, para que se
acompañen con el señor Teniente ful. para la de
terminacion desta causa. Para lo qual su officio
imploro, y pido justicia, y testimonio.*

Tunc per consistorium ciuitatis nominantur duo Decuriones, cum quibus iudex est sociandus, & secum debent habere assessorum literatum, qui debet videre processum, & procedere in causa criminali cum iudice in sententiando ad torturam, si ue ad aliam: & si inuicem concordant cum iudice ordinario, erit vna sententia sine tortura, siue liberationis, & pronuntiabitur per omnes. Et si iudex non se concordat cum assessore decurionis, tunc quilibet pronuntiat per sententiam, puta decuriones cum assessore, si est prius requisitus iudex à quo, quod iudex se concordet cum sua sententia, & tunc si non concordat, iudex de perse pronuntiat

aliam sententiam. & tunc reus ad Cancellariam re hiam appellat *para los Alcaldes de crimen*. Et hac appellatio praesentatur coram illis cum testimonio, & datur prouisio, quae vulgo dicitur, *de meyor*. Et ista prouisio est citatoria, & compulsoria, quia citat partem aduersam, & compellit tabellionem, quod intra certum tempus det processum sigillatum, & clausum, & pars aduersa cum processu, vel eius procurator se praesentat coram iudicibus criminis.

Viso autem processu per eos, approbatur vna illarum sententiarum, & quae est approbata, remittitur iudici à quo, vt in ea procedat secundum ius. Et de his solennitatibus dicam infra de appellat. Haec autem sint quantum ad articulum recusatōnis. In ciuilibus autem idem dicas, si causa excedit decem millia marabetinorum, aliam sententiam decurionum executioni mandabitur. l. 6. & quae ibi dicam tit. 16. libr. 3. infra. ibi. *Elo que estos asbi de terminaren, sea firme executado, è no aya, ni se reciba otra appellacion, ni suplicacion para ante nos ni para ante otra audiencia, ni para ante otro juez alguno.*

De differentia, quae est inter ius Canonici & ciuile in recusatōne iudicis, est videndus Philip. Franch. in c. cum speciali. nu. 46. q. 21. de appella.

De iure autem Canonico est alleganda causa in recusatōrio libello, & nominantur arbitri ad cognoscendum de ea, & si legitimum repererint, iudex delegatus, seu ordinarius ecclesiasticus remouetur in totum. Forma est talis.

*Muy reuerendo señor. Doctor Diego Perez, por
persona de mi Procurador pavezco ante. V. m.
con protestacion que hago ante todas cosas, que
por aucto, è auctos que ante. V. m. haga, de no le
atribuyr mas jurisdiccion de la que en este caso
le compete de derecho, y digo que no puede, ni de
ue proceder en esta causa, y no ser juez della a pe
dimiento de Pedro, por ser como. V. m. es tan su
amigo, o por tal causa, de quibus supra. è por tal
le rigo por sospechofo para que no me guarde mi
justicia. E porque de derecho es cosa peligrosa, è
graue, que ninguno litigue delate juez sospecho
fo. E para prouar la causa qd de derecho se requie
re ser verdadera, nombro por mi juez arbitro al
muy Illustre señor Don Alvaro de Guñiga, que es
cauallero y letrado de sciencia, y consciencia, è pi
do à. V. m. mande al dicho fulano parte contra
ria a que nombre arbitro de su parte dentro de
vn breue termino so graues penas è censuras, pa
ra que se junte con el de mi parte nombrado à co
noscer de la dicha causa de sospecha, y recusa
cion.*

cion. Y en defecto de no nombrar la parte aduersa. V. m. de su officio haga el tal nombramiento. Para lo qual, y en lo necessario el officio de. V. m. imploro, y pido justicia, y costar. Y juro a Dios a esta cruz que esta recusacion no la pongo de malicia, sino por alcanzar justicia.

Est notandum; quod quilibet iudex ordinarius, siue delegatus potest recusari de iure Canonico. Specul. de recul. §. 1. nu. 1. Faciunt dicta supra hac gloss. q. 13. & capit. cum speciali. & ibi Henri. de appella. & in capit. secundo requiris. eod. titul.

Illa exceptio debet proponi ante litem contestata nisi de nouo superueniat ad noticiam partis, vel de nouo fuerit orta. capi. pastoralis. de excep. facit. c. ceteris. de in. calum. Item de iure Canonico est admittenda, sicut exceptio excommunicacionis quando citus opponat, secundum formam text. in dict. cap. Pastoralis. etiam transacto tempore statuto a iudice ad opponendas dilatorias exceptiones, secundum Deci. in dict. cap. pastoralis. num. 8. & 9. Et probatur. Vbi quicunque aequitas versatur, ibi rigor cellare debet. l. placuit. C. de iudi. sed ius canonicum versatur in aequitate, ne quis indebitè damnentur, vt est notum, ergo hac aequitas debet praferri.

Item quāuis recusans fuerit causa suspicionis, & inimicitiae, est tamen in sua defensione, argu. cap. cum inter. de exceptio. ergo si viget de nouo etiam transacto termino hominis, erit admittenda exceptio cum iuramento, quod de nouo perueniat eius noticiā. declarat Rebuff. tres in hoc articulo casus in consil. Regias Gallie. De recusacionibus. art. 1. gloss. 2. pagin. 150. cum sequen.

Est dubium, Vtrum causa possit committi iudici recusatione remota? Et videtur quod sic. Nam recusatio potest remitti expressè a partibus: ergo multò fortius à principe, qui est lex viua in terris. §. sed quod Principi placuit. Inst. de iure naturali. & c. iui. cap. proposuit. & ibi glo. de concessio. praebend.

Ad idem est Specul. de recusa. §. 1. nume. 5. verfi. quid si sic causa committitur. Lap. in capitul. iudex ab apostolica. de officio. delega. libro. 6. Bald. in l. fin. C. de senten. & interloc. omni. iudic. Angel. & Imol. in l. 1. §. interdum. ff. a quibus app. non licet. Innocen. in capit. ex transmissa. de foro compet. Hippolyt. singula. 292. Nihil est tam graue. Nam sicut appellatio expressè tolli potest, ita & recusatio secundum praedictos Doctores. Duenas in tracta. regula. cum fallentia. regul. 43. ad finem.

In oppositum videtur. Nam recusatio continet defensionem, & quatenus continet defensio-

nem, à principe tolli non potest. vt dixi in rubric. de exceptioni. extra. Item & secundò istam sententiam tenet Panorini. in c. ad hac. per gloss. ibi sing. de rescrip. & in c. cum inter. de exceptio. Domini. in c. iudex ab apostolica. de officio. delega. lib. 6. Deci. consil. 175. nume. 3. & in dict. ca. cum inter. Et est communis secundum Rebuff. in consil. regias Gallie. pag. 148. nu. 9. in 3. tomo.

Pro declaracione dic, quod aut causa committitur iudici suspecto, & in dubio non censetur adpta recusatio. glo. in dict. c. ad hac. de rescrip. quā citat Hippolyt. singula. 292. Panorini in capit. cum inter. nume. 9. de exceptio. Deci. in cap. ad ha. c. 1. num. 4. & in cap. proposuit. nume. de appell. & sic loquitur praedicta gloss. quando commissit causam suspecto, non tamen dixit, quod pars nō posset remedium recusacionis obijcere.

Sexto poterit opponi. Quod notandum cõscio ad l. 4. tit. isto infra. Vtrum autem excommunicatus possit obijcere exceptionem compensationis ad vtranque partem, tradit Tindar. in tract. De compensationi. artic. 7. num. 24. Deci. in cap. cum inter. numer. 27. de exceptioni. Iam sum memor me supra in isto articulo duas communes contrarias opiniones deduxisse. Alia prima, quæ pertinet ad hanc excommunicationis materiam dixi in c. post cessionem. de probat. & in ca. Pia. de exceptio. lib. 6.

Vnum tamen notandum est, quod ista exceptio excommunicationis repellit excommunicatum expressim denuntiatum publicè, nõ aliis. extrauag. Ad vitã scandala. sub titulo. De excõ. nõ vitãdis. in pragm. sanctior Gallica. l. 176. in legibus styli. Couar. in rep. cap. almatater. 2. par. §. 2. nu. 3. de sent. excom. lib. 6. Et de tali excommunicato denuntiatum est intelligenda. l. vni. tit. 5. lib. 8. infra. Et diãam extrauag. citat Philipp. Deci. in ca. à nobis. nu. 4. de exceptio. Nauar. in c. 1. §. labore. nu. 22. de poenitent. dist. 11. c. 6.

Item exceptio procuratoris est dilatoria, nec iudicium redditur nulli ex eo, quod iudicium fuerit factum cum milite, seu muliere, ea exceptione nõ opposita ante litẽ contestatam. Bal. in l. si. mili. rem. C. de condi. ob causam. Paul. de Cast. singulãriter declarat cons. 276. col. 2. lib. 1.

Prauidicialis est, quæ solent opponi aduersus actorem, dicẽdo eum esse illegitimum, vel seruum, vel iuriam ad repellendum ab actione proposita. Quemadmodum præter alios docet nihil allegãdo Zaf. in rubr. de exceptio. ff. col. fin. nu. 6. Bal. in l. peremptorias. C. sent. rescind. non poss. Iaso in §. prauidicialis. numer. 17. Insi. de actioni. Alexandi. in ca. quiescamus. colum. 2. numer. 5. dist. 11. tit. 3. part. 3. & l. 236. styli. Quot autem modis exceptio dicenda sit prauidicialis, explicat Ioan. Calderi. in repet. cap. 1. colum. 6. versic. Tertiõ cum supra dictum sit, quod quædã quæstiones etiam incidentes sint prauidiciales, quæro quæ sint prauidiciales. de ordi. cogni. An chara. omnino videndus in capit. tuam. colum. 2. nu. 9. Et ibi Aegidius Bella. q. 3. nu. 10. & idẽ Bel lame. in c. 1. nu. 10. tit. iam citato. De ordi. cogni.

Peremptoria exceptio est illa, quæ perimit vires actionis propositæ, & respicit totum actum. l. 3. ff. de exceptio. Specul. de exceptio. §. exceptio. num. igitur. num. 1. §. appellatur. versic. Peremptoria. Insi. de exceptio. Martin. de Fano in tract. de exceptio. impediẽtib. litis Ingressum; ad fin. Zaf. in l. exceptio. §. si a. colum. 1. ff. de exceptio. l. 8. & l. 1. titulo 3. part. 3. l. 236. Styli. & l. prima. cum suis. §. titulo. 3. lib. 3. ordinã Lusitanie. & habetur libro. 8. fororum Aragõ.

nia. de exceptio. constitutio. Cum in omnibus repetitionibus.

Aduertendum tamen est, quod exceptioni peremptoriae aliqua nec cum negotio, nec cum actione cõueniunt, veluti sunt omnes, qui negãt directõ actori competere, vel veluti contractũ non esse factum, vel factum, tamen contra legem, nempe sine licentia mariti. in xal. 155. Tauri. Patr. vel curatoris, quando res fuit vendita ad creditum. vt Philippus Hispaniarum rex nouissimẽ statuit. petitiõ. 78. In cuius Pincie anni. 1553. Aliquæ verõ negotium non negãt, sed cum pãuatio habitum præbuisse demonstrer, ad eam elidendam tendunt, veluti doli mali, quod meius causa. pacti cõuenti perpetui. & similia. vt opũ me docet Ludouicus Cattus in rep. l. quinque pedum. nu. 22. C. fini. regund.

Peremptoriae autem exceptiones possunt opponi vsque ad diffinitiuam sententiam. l. peremptorias. C. sent. rescind. non poss. gloss. in c. cum Ioannes. de fide instrum. Paul. de Castro cõf. 70. col. 2. nu. 3. lib. 1. Zaf. in d. l. exceptio. §. si. col. 1. nu. 4. de excep. Robert. Maran. in speculo aduocato. part. 6. §. nonum membrũ. nu. 16. pag. 418. §. appellatur. de excepti. & ibi latẽ gloss. 1. quæ magistra est in hac materia. l. 2. §. solems. ff. de excep.

Fallit tamen in milite, qui ignorantia iuris ductus, nõ allegauit peremptoriam exceptionem intra terminum à iure institutum. l. 1. C. de iuris. & facti ignor. Si tantẽ certus de ea, de facto, & de iure omisit allegare, postea non esset audiendus ex prædicto tex. in l. 1. libi. ignorantia iuris. Censent Bald. colum. 3. num. 7. Paul. de Cast. colum. 2. nume. 3. & fac. colum. 2. num. 5. subijciens prædictam huius dicti.

Fallit secundo, si post sententiam, vel terminum assignatum à iure, vel ab homine, de nouõ superuenerint ad notitiam litigantis, nam cum iuramento ipsius partis, etiam lapsõ termino, admittenda erit. capit. pastoralis. de exceptio. Ad idem est lex. 8. in ordinationibus de Madrid. Gregor. Lopez in l. 8. verb. *dar plaza.* tit. 3. part. 3. Montalu. in repertorio harum legum. verb. exceptio peremptoria. folio. 41. columna. 3. cum 22 sequentibus. nonnulla in declarationem huius legis adfert. In regno Lusitanie idem dispositum est. l. 1. tit. 3. lib. 3. ordinam. Portugallie.

Anomale exceptiones dictæ sunt ex eo, quod possunt opponi in quacunq; parte iudicij; vt exceptio excommunicationis, quæ obijcitur ante & post litem contestatam. cap. exceptionem de exceptio. capit. Pia. eo. tit. libro. 6. Clementi. vni. vbi Barba. est. videndus isto titulo. Semel autem excommunicatus, & hodie presumi-

tur durare in excommunicatione, nisi probet titulum abolutionis. gl.in.c. proposuit. de cle. excommunicatione. ubi Panor. & alij. text. cap. sicut nobis. ubi idem Panormita. de sentent. excom. Felin. in cap. scilicet. numer. 3. de presumpcio. Petrus de Anchar. consil. 64. Rota in antiquis decisio. 238. Specula. de exceptio. §. nunc dicendum. numero. 19. Quod est notandum. Nam eo ipso, quod reus allegauerit excommunicationem, ac denuntiacionem factam de actore à suo prelato iuxta formam decreti. Ad vitandum scandala. in. Pram. sanctione Gallicana sub titu. De excom. non vitand. & l. 1. titu. §. lib. 8. infra. ubi dicit, *que qualque ra persona que est uniere descomulgada por denunciacion de los perlados de la sancta glelia.* & ibi dicitur, erit facta sua intentio super excommunicatione. Et ista exceptio cum tractetur de iure publico, a quocumque potest opponi. Card. in dict. ca. exceptioni. quest. 6. de exceptioni. Philipp. Deci. in cap. intelleximus. num. 9. de iudic. rursus in cap. cum parati. colum. 1. num. 2. de appellat. Ratio potest ea esse, quia ubi cumque iudex ex officio potest suppleri, ut in hac specie probatur in cap. 1. ad fin. de exceptio. libro. 6. ita tertium, cui non interest, admittere potest. text. notand. secundum Imol. & Deci. in dict. c. cum parati. de appellatio. Quid autem de exceptione non numerata pecuniarum quado possit opponi, infra. l. 4. dicemus.

Quaro, Vtrum iure speciali, nempe per in integram restitutionis remedium transcurso termino ad opponendas exceptiones praeiudiciales, & peremptorias aliquis eo casu, quo tali iure sibi contentiuit, sit admittendus. Respondeo ad mittendum esse, ex sententia glo. in l. postquam liti. verb. nulla ratio. C. de pact. dicens communi iure, secus speciali, ut in minore. Quam ibi notat Ias. colum. fin. num. 17. Philipp. Deci. nu. 30. Ludou. Gozandi. colum. fin. num. 16. Francisc. Curti. num. fin. & Signorol. de Homo deis. colu. 5. nu. 19. versi. Vnde cum opponitur, dicitur quod nulla iuris. Omnes enim communiter illam glo. adnotant, & ex pluribus concordantijs, exornatam reliquit Pinellus in repetitione. l. 2. parte. 3. cap. 1. nu. 15. C. de rescin. vend. dicens opinionem ipsius receptam esse, quod dispositio exclusoria, seu prohibitoria per signum vniuersale negatiuum non excludit ius speciale. Ad id est gl. in l. Decurionibus. in. gl. 1. C. de silentia. lib. 12. quam praeter alios notat Felin. in cap. 1. colum. 7. num. 10. de resc. & in cap. sicut. colum. 1. de haereticis ubi habetur, quod si Princeps concedit alicui immunitatem specialiter, postea lege generalium imponit onera, absque eo quod specialiter de illo privilegio faciat mentionem, non est setur illud derogasse. Idem notat Paul. de Castr. citans. d. gl. in l. Decurionibus. in. consil. 46. Super

primo quaesito dicendum dicta statuta. lib. 1. colu. 1. num. 1. Ludou. Roman. consil. 436. Quod indulgentum Petri. colum. 3. versi. Tertia principalis ratio fundatur. Deci. in l. in toto. colum. 3. nu. 8. ff. de regul. iur. la. in l. 1. num. 80. C. de summa trinitate. & in l. cum antiquis. colum. 2. num. 6. C. de in offi. testamen. & rursus in l. quod Principi. colum. 3. num. 16. ff. de const. princip. glo. est notabil. in. ca. vni. verb. cōsuetudine. de Capell. monacho. versi. Et nota quod consuetudo reuocat statuta, sed non privilegia. Ergo lege nostra non est dicendum privilegia concessa minoribus ceteri reuocata, sed quod termino viginti dierum elapso possit petere restitutionem aduersus lapsum temporis, omifamque allegationem praedictarum exceptionum.

Quid autem sit dicendum in exceptionibus, quae suapte natura insunt actioni, ut in pactis in continenti appositis, vel in his, quae tacite intelliguntur, & insunt ex natura contractus, Vtrum lapsu termino viginti dierum post litem contestatam, vbi habetur, possit postea opponi? Respondendum est posse. secundum Rod. Suarez in terminis huius legis in rep. l. postrem. iudicatam. §. sed pro euidencia. num. 40. fol. 154. colum. 3. ff. de re iudicat. reputans menti tenendum, quia habet pondus in praxi. ibique plura in hoc adducit. text. in l. si pater. ibi. aestimabit an pretium. C. de actio. emp.

Vtrum autem terminus ad opponendas exceptiones praeiudiciales abbreviari possit à iudice? Videtur quod non, cum sit terminus iste viginti dierum beneficium legis, seu Principis, & sic ab inferiori non poterit tolli. cap. indultum. de regul. iur. libro. 6. Tradit Bart. in l. 2. ff. de re iudic. Resolutius dixit in l. 1. verb. l.aley. titul. 4. supra eo. libro. 3.

Sexto inquirere oportet principaliter. Exceptiones quo iure fuerint inuentae, naturali ne, diuino, an humano? Videtur quod à naturali, quippe cum omne animal appetat in se inleto naturae suipsius defensionem, maxime homo, qui animal est rationale, ratioque; minime permittat, quod indebitè, ac sine defensione molestè, & sic illi vim vi repellere liceat. c. si verò. 1. de sent. excomm. l. 1. vt vim. ff. de iusti. & iure. Si igitur defensionem contineat, ius naturale continet. l. si quidem. & l. defensiones. C. de exceptio. cap. cum inter. eod. titu. Io. Corasi. lib. 2. miscellanearum iuris ciuiliis. cap. 16. num. 11. quo in loco tantisper hoc declarat, si est defensio iuris, erit naturalis, ac tolli non poterit. §. sed naturalia. Insti. de iure natural. gent. & ciuili. Clem. Pastoralis. §. ceterum. de sent. & re iudicat. Quod suadet ex Cicerone, dicente, Omnium animantium à natura indultum est, corpus vitaeque tueri. cap. olim. de ressi. spoli. l. 1. C. vnde vi. l. de fen-

defensionis facultas. C. de iur. fisc. lib. 10. Quatenus enim consideratur exceptio ad effectum, ne quis indebitè, & sine culpa damnetur, cum absolute continet ius naturale, ac proinde statutum, seu lex prohibens defensionem, non valeret. Bald. in l. edita. nu. 15. C. de edend. col. pe. Anani. in ca. si aduersus. col. fin. num. 13. de haereti. Philipp. Deci. in cap. ex parte. 2. colum. 6. versi. Decimotertio fallit. de offi. delega. Roman. in repe. rubri. ff. de arbit. colum. 13. num. 54. versic. Sed an vigore dicti arbitrij. Franciscinus Curti. in repe. l. omnes populi. num. 9. ff. de iusti. & iure. citat Felin. late prosequente in cap. cum olim. pen. colum. de re iudica. & in cap. dilecti. colum. 4. de exceptio. & in cap. quater & quando. §. debet. de accusatio. Hormanostius Detus in rep. l. 4. §. Cato. num. 471. ff. de verbo. obliga. Antoni. Rubens in rep. l. pen. §. ad crim. nu. 199. ff. de public. iudi. Iacobus Bouleuc. in rep. l. capitalium. §. famofos. nu. 24. ff. de poenis.

Sunt alij, qui exceptionem à iure gentium originem sumpisse firment, nempe Bald. nouellus. num. 22. & Lancelo. Galiaul. num. 209. versi. Et hac ratione. in rubri. ff. de verb. oblig. Quotuplex autem sit ius gentium, praeter alios bene declarat Claudius Cantuicula in rub. Insti. de iure naturali genti. & ciui. Nicolaus Bellonus in principi. post rubricam lectionem Insti. de testamen. vbi tractat. quo iure sit inuentum testamentum. Fernan. Menchacensis in. 1. parte de successionum creatione, §. quo ad quartum. ubi ponit duas communes in hoc contrarias, quas & nos iam antea annotauimus in declaratione. l. 1. titul. 2. lib. 5. infra fata tamen non permiserunt ad debitum finem perducere, & sic ex iâ cufis, seu impresis plura ex nostra industria, tacito auctore, apud nouissimos scripta & decreta comperimus. Ius gentium igitur secundum praedictos duplex est, nempe primauum, quod naturale dicimus. §. singulorum. Insti. de re. diui. quod simul cum ipso genere humano rerum natura prodidit. vt expressum est in dict. §. singulorum. Secundarium est, quod non simul cum genere humano proditum fuit, sed longe postea humanis necessitatibus exigentibus à gentibus plerisque, praefertim earum, quae moribus, legibusque vtuntur, non simul, sed varijs temporibus fuit inuentum. Ex quo iure descendunt belia, captiuitates, & similia, de quibus in l. ex hoc iure. et in l. manumissio. ff. de iusti. et iur. Et per Fortuni. in l. 1. §. ius naturale. numer. 33. cum. seq. ff. de iusti. et iur. Sic ergo defensio est iuris naturae ac iustius iuris gentium, quod primauum nostri dicunt.

Tamen vnicum esse ius naturale, et vnicum ius

gentium, probat Corasi. libro. 6. iuris miscella. capit. 25. contra commune.

Hic etiam conducere videntur, qui eam esse à iure diuino existimant fuisse, prout Antoni. d. Burti. in rub. de exceptio. refert. Praeposit. Alexand. in princ. Decreti. colum. 4. num. 7. & alij, de quibus ibi per eum. Barba. in rub. de exceptio. in libro Clementinarum. versi. Quo ad secundum. num. 3. cum fuerit inuenta in Paradiso terrestri, vt habetur in sacris Gen. 3. quando Adam respondit Domino roganti. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Dixit rursus Deus ad mulierem, Quare hoc fecisti? Quae respondit, Serpens decepit me, & comedi. Sic igitur patres primi excipiebant ad ius defensionem, igitur vides, igitur fuit iuris diuini, ne quis in defensionem puniatur. d. Cle. Pastoralis. de re iudicat. Facit illud. Deus, & natura nihil frustra creantur. sed à natura inrita est haec defensio, quae fit excipiendo, ergo & à iure diuino. Facit text. in c. humanum genus. dist. 1. dicitur, Ius naturale est, quod in lege. vel euangelio continetur. c. sana. §. cum ergo. dist. 9.

Alij probant à iure Ciuili, & non à naturali inuentam esse, aliquot rationibus, quarum prima est. Certum est enim, quod Imperator Iustinianus in princ. Insti. de perpetu. & temp. actio. dixit se tractare velle de his actionibus, quae ex lege, vel sacris constitutionibus proficiuntur. Sed postea in quenti titulo tractat de exceptionibus, quae largo modo sunt actiones. l. 1. ff. isto titu. Ergo exceptio ex iure ciuili sumpfit originem.

Cui argumento secundò altipulari text. in principi. Insti. de exceptio. ibi. competat sunt. id est, inuenta. secundum glo. expositionem. ergo à iure ciuili instituta, & inuenta: quia si de iure naturali essent, opus non esset vti illo verbo, competat.

Praeterea comprobatur tertio. Ius naturale est immutabile à iure humano, cum ei praedominet. Clem. Pastoralis. §. Ceterum. de re iudica. Et Insti. de legit. agna. tutel. §. si. et. §. si. Insti. de iure naturali. Ideoque non valet statutum tollens defensionem bannito. Bal. in lvt vim. colum. 2. num. 3. ff. de iusti. et iur. cum his, quae paulò ante à nobis dicta sunt. Sed exceptiones tolli possunt à statuto, seu à principe. Bart. in l. 1. §. et parui refert. ff. quod ut aut clam. bonus text. in. c. ex parte. 2. de officio delegat. ergo exceptio non est defensio, et sic non est inducta à iure naturali. Facit notandus text. in l. fina. ibi. à iudicio prohibeatur. ff. de decretis ab ordine faciend.

Rursus comprobanda est quarto loco ista opinio, quae Bartoli est in l. ex hoc iure numer. 19. ff. de iusti. et iure. tali ratione. Causatum, et diriuatum ab aliqua causa non est prius, nec

dignius sua causa. cap. i. de fi. de instrumento. l. in
 testamento. ff. de cond. & demost. qui primitiua
 in ficit, de iurata vituperat, quemadmodum post
 Philosophum docet Bald. in l. i. C. de verb. signi.
 sed actio, a qua derivatur exceptio, est inuentum,
 & institutio iuris civilis, §. non autem omnes. In li.
 de perpetuis & temporalibus actio. tex. in l. in com-
 modo. §. sicut autem ibi, actiones civilis. ff. de com-
 moda. §. omnium ibi, prodita actiones. & in §. equè
 si agat. ibi, inuicem quoque prodita sunt actiones.
 Rursus & expressius in §. sed ista quidem actio-
 nes, quarum mentionem habuimus, & si quæ sunt
 similes, ex legitimis, & civilibus causis descendunt.
 & ibi, quippe ita prodita sunt iure civili actio-
 nes. §. de constituta. ibi, iure civili tenetur. & §. Itē
 si quis postulante. ibi, iustis iudicis accommodat ei ta-
 lem actionem. & §. pœnale: quoque actiones Pre-
 tor pœne multas ex sua iurisdictione introduxit
 In sti. de actioni. Paul. de Castr. in l. cum hæredes.
 in principio. ff. de acq. possi. l. in l. ex hoc iure
 colum. §. num. 49. ff. de iusti. & iur. Ergo & excep-
 tio est prodita iure civili, ne filia sit prius q̄ ma-
 ter, ac ius civile prius q̄ naturale, quod absurdum
 necesse esset fateri, si vera esset opinio, quod excep-
 tio esset prius, q̄ ipsa actio, ac proinde esset ne-
 gandum actiones a iure civili inuētas, cum sit cau-
 sa prima exceptionum, & sit exclusiua actio-
 nis ipsa exceptio. l. 2. ff. de exceptio. Sed hoc est fal-
 sum, cum actiones sint inuentum iuris positio, ac
 ius naturale sit prius, ergo exceptiones sunt iuris
 civilis, per præmissa, cum Bart. cōtra Pañor. in ru-
 bri. de exceptio.

Qui dicitur dicendum? Resolutiue pro con-
 cordia opinionum breuiter responderi oportet, quod
 exceptio cōsiderata quatenus continet defensio-
 nem, ne quis illicitè, ac in defensionem condemneri,
 est iuris naturalis, pariterq̄ diuini & sic quo ad o-
 riginem: quantum autem ad formam, nomen, ac
 destinationem temporis, quo debent opponi, sunt
 iuris humani. Panormi. & Deci. in rubri. de excep-
 tio. Bartholo. Socin. in rubri. ff. eod. & Angel.
 Areti. In sti. eodem rubro. col. 5. vers. Veniam ad
 secundum.

Vel respondendum erit cum Bald. in l. ex hoc
 iure. colum. ff. vers. Octauo quaritur. ff. de iusti. &
 iure. quarendo, an actiones sint de iure gentium.
 Quam opinionem, nempe quod sint, vterq̄ firmat
 Corasi. lib. 2. cap. 19. num. 9. miscellaneorum
 iuris. Cui & eo iure iudicia viguerint, vnde & a-
 ctiones esse oportuit, pariterque & exceptiones.
 Ideo que in re proposita cum Bal. dicas. Aut egre-
 diantur de potentia & materia iuris gentium, vt
 ex contrariis iuris gentium, & sunt de iure gen-
 tium casualiter, non formaliter, nec interpretati-
 ue, quia modus proponendi eas, est de iure civili,

Aut habent materiam & formam a iure Ciuili, vt
 tutela, stipulationes, vel huiusmodi, & tunc sunt
 præcisè de iure ciuili. quia cum omne causatum
 sit posterius suo efficiente, necesse est, vt si causa
 habet formam a iure ciuili, vel materiam & for-
 mam in totum causatum dicatur esse de iure ciuili.
 l. 1. manumissiones. & l. 1. ius ciuile. ff. de iusti. & iu-
 re. Eandem sententiam fuit sequutus Barba. in ru-
 bri. de exceptionibus. in Clementinis. num. 3. Et
 sic sunt concordandæ opinioniones dicentium esse
 de iure naturali. seu gentium, aut diuinum. vt Pa-
 norm. in dict. rub. de exceptio. & tetigit Horma-
 notus Detus in l. 4. §. Cato. num. 471. ff. de verb.
 obligat.

Hinc est, quod exceptiones dilatoriæ debent
 proponi ante litem contestatam. c. pastoralis. de
 exceptio. glo. in c. quonia contra. verb. exceptio-
 nes. de probat. perptoria. & præiudicialis post
 litem contestatam in tra viginti dies, & non post,
 vt in præfenti lege sancitū existit. Tum, quia non
 tollitur defendenti, sed declarat, quo tempore
 proponi debeat, & sic absolute nō tollitur defen-
 sio. Angel. in l. si sic. ff. de leg. 1. Alexan. in l. cum
 mulier. colum. 3. num. 13. fol. matrimo. singu-
 lariter Nellus in tra. banitorum. 2. part. 2. tem-
 poris. q. 2. num. 1. Et quatenus dicunt ex causa tol-
 li posse ius naturale. seu dicuntur, nielius dicerem
 distinguere, & interpretari, quod Principibus cō-
 cessum esse tradit Alber. lib. 1. statuto. q. 7. num.
 5. communis secundum Crot. in rep. l. omnes po-
 puli. ff. de iusti. & iure. num. 62. vers. Quarta cō-
 clusio. & nos dicemus in secundo tomo harū con-
 sili. Regiarum in l. 1. titu. 2. lib. 5. infra. Etiam con-
 firmatur ex Couar. in epitomes. 4. Decret. 2. part.
 c. 6. §. 9. nu. 4. Pinel. in l. 2. part. 1. num. 6. C. de re-
 scin. vendi.

Nec etiam concedere oportet, Principē absq̄
 causa legitima, quæ requiritur in cōtractibus iu-
 ris gentium, posse disponere in his, qui sunt for-
 mati a iure ciuili. quia in illis inest eadem æquitas
 ne leniter subuertantur a Principibus, neue præ-
 iudicium inferatur subditis aduersus quamplu-
 rimum interpretum traditiones, prout primas in
 hac distinctione habuit gloss. ver. generali. l. f. n.
 C. si cōtra ius vel vti. publi. præbas, quod facilius
 Princeps abrogare potest quæ sunt iuris ciuili, q̄
 ea, quæ sunt iuris naturalis. vel gentium. Paul. de
 Castr. in l. cum hæredis. in prin. ff. de acq. posses-
 sio. & in l. testamenti. colum. 2. num. 4. ff. de testa-
 men. Angel. in l. Lucius. col. 1. ff. de iusti. & iu-
 re. & in dict. l. si testamentum. num. 4. & phires
 quoscitat Andr. ab Excal. b. pactorum. pagin.
 67. vers. Nec obstat quod quando Princeps. nu.
 147. &

147. & Pinel. in rep. l. 2. part. 1. vers. infertur. 20.
 nume. 31. C. de resc. vendi. Et vltra per eos allata
 vtitur prædicta distinctione Paul. Oriā. in re-
 pe. l. 1. num. 135. vers. Circa verò secundam qua-
 sitionem. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdic. re-
 fert Zafi. in l. princeps. colum. 3. num. 1. ff. de le-
 gibus. Philipp. Corn. conf. 312. In hac conclusio.
 ne videtur prima facie. colum. 2. num. 10. lib. 1. &
 cōmuniter concludūt doctores secundum Paul.
 Parisi. con. 101. Bona de quibus in præfenti. colū.
 8. num. 69. lib. 1. Curti. conf. 1. colū. 7. nume. 20. &
 conf. 108. colum. 3. num. 7. & conf. 157. nume. 17.
 vers. Confirmatur præmissa. Ioan. Imol. consil.
 146. colum. 1. vers. Et aduertendū. Curti. Senior
 conf. 20. nu. 6. vers. Quoniam ex causa princeps.
 Sed cōtra istā communē traditionem vltra Zafi.
 in d. l. princeps. omnino est videndum pulchra cō-
 geres Reipublicæ maximè necessaria acutissimi
 ingenij vir doctor Arias Pinel. in rep. l. 2. part. 1.
 cap. 2. num. 1. vsque ad. 19. C. de rescin. vendi.
 cuius dicta non licet nobis transcribere, nec albū
 calculum atramento denigrare, repetito sermo-
 ne, quod alienum a nobis semper fuit. Imò sit cō-
 clusio firma, principem non posse auferre ab ali-
 quo rem suam, siue acquisitio processerit a iure
 gentium, siue a iure ciuili, absque legitima, & iu-
 sta causa.

Comprobatur, nā siue res mea sit ex titulo i-
 ris gentium, siue ex iure ciuili, vtrobique concu-
 rit iustitia, cum mea sit tam ex lege diuina Deca-
 logi, q̄ ex æquitate natur. l. i. ne quis suis priu-
 tur sine iusta causa. iuxta illud, Ne concupiscas rem
 proximi tui. Et alibi. Diligas proximum tuum sicut
 teipsum. Si ergo in acquisitis ex causis civilibus
 inest ratio naturalis, ne quis in debet re illa priu-
 tur, consequens erit, quod causa non præexisten-
 te, quis non est priuandus, cum ei iam fuerit ius
 quæsitum. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. vt get
 regula text. in l. si donationem. ritè fecisti etiam
 prætextu rescripti Principis reuocari nō potest.
 C. de reuo. dona. l. perfecta. C. de donatio. que sub
 modo. c. l. cet. in prin. de vot. Paul. in l. digna vox
 nume. 6. C. de legib. Bart. per tex. ibi. in l. si C. de
 locatio. prædio. fiscali. Bal. & ibi tex. in ca. 1. ante
 num. 1. de natur. feud. l. in cōmodo. §. sicut. ibi.
 adiuuari quippe nos, non decipi beneficium oportet.
 ff. commod. & reg. Decet beneficium Principi
 esse mansurum. de regul. iur. lib. 6. ergo nō est
 dare titulum, in quo non versetur æquitas iuris
 naturalis, ac proinde versetur iniquitas in reuoca-
 tione absque causa. Contra præmissam distin-
 ctionem doctorum ideo sine iusta causa prin-
 ceps exceptionem prescriptionis alicui auferre
 non poterit. Nam quamuis prescriptio sit iuris ci-
 uilis inuentū. vt in §. 1. In sti. de vsucapio. gl. in l. 1.

ff. de acq. re domi. §. singulorū. In sti. de re. diu. rñ
 acquisitio per lapsum temporis est materiam in-
 ductum a iure gentium, ac talis acquisitio conti-
 net consensum Principis & promissionem, quod
 elapso tempore præfixo a iure, sit sua, ergo nō po-
 terit reuocari, iusta causa minime existente. Re-
 buff. in cōsti. Gallia. 2. parte tractat. de restitutio-
 nibus. gl. 4. in initio ipsius. Pinel. in dict. rep. l. 2.
 part. 1. cap. 2. nume. 5. Et ex eo colliges contra plu-
 rimum doctorū doctrinas, quæ hic merito inferenda
 forent, nisi ibi nouissimis, & optime scripta, &
 reassumpta ex diuersis locis essent.

Dubitatur septimò, Vtrum excipiens censetur
 fateri contentam in actione, seu petitione deducta
 in iudicio? Respondendum est, quod non, ex eo,
 quod obijciens exceptionem simpliciter, vel sub
 conditione intendit tantum repellere aduersariū,
 & nō fateri proposita contra eum, & sic actus nō
 debet operari vltra intentum agentis, seu se defen-
 dentis, a cuius animo debet omnis dispositio regu-
 lari, & exponi. l. nō omnis. ff. si cert. pet. nec in
 ducta ad negandum debet operari contrariū ef-
 fectum: nam non iuuaretur remedio excipienti
 dato reo, sed potius deciperetur contra omne
 iuris sancitū. Probatur præterea ex text. in l. non
 vtrique. ff. de exceptio. tex. & glo. in c. cum vene-
 rabilis. vbi Deci. num. 19. & Felin. num. 12. faten-
 tur hanc sententiam communē de exceptio. Bal.
 in l. exceptionem. C. de excep. Paul. Castr. in l. 1.
 emptor. C. de prescriptio. decem, vel viginti an-
 no. & in l. decem. num. 3. & ibi Areti. ff. de verbo.
 obligat. Alexand. conf. 159. numer. 2. lib. 6. Paul.
 Parisius conf. 1. nume. 70. lib. 4. conf. 125. nume.
 18. lib. 1. Et communem dicit. D. Couar. lib. 1. va-
 riarū resolutionū. c. 2. nu. 3. faciunt quæ scribit A-
 lexand. conf. 173. nu. 18. lib. 6.

Dubitatur octauò, Vtrum exceptiones pacto
 tolli possint? Viderur quod nō, cum sit defensio,
 ac quis seipsum non possit ex vō consensu dā-
 nare. gl. in l. pactum. ff. de pact. vbi dicitur inuali-
 dum esse pactum, quo accusatus de crimine renū-
 tiaret suis defensionibus. singul. secundū Jasin. l.
 iubemus. colum. 2. nu. 7. C. de iudi. Corset. in sin-
 gul. verb. defensio. & Paris de Puteo in tract. Syn-
 dicatus. fol. paræ impressionis. 83. §. an potestas.
 num. 9. Hippoly. plura referens. in l. 1. §. si. n. 90. cū
 seq. ff. de quæstio. & in l. vitios. §. cogniturū. nu.
 71. ff. eo. & in pacti causa crimini. §. vltima. num. 23.
 Motalu. in l. 7. titu. 1. lib. 1. for. legaliter. C. col. 4.
 & est ab omnibus approbatā. D. Couar. in Epi-
 tome. 4. Decret. 2. part. c. 8. §. 2. nume. 15. vbi alios
 eam laudantes refert, quos non licet transcribere.
 l. liber homo. ff. ad l. Aquil. cap. cōtingit. 1. de scñ.
 ex com. vbi in criminalibus quis cōsentire nō po-
 test vt puniatur. l. nō tantum. ff. de appellatio. qui

text. est memoria perpetuo commendandus. Ergo & in casu nostro, maxime cum interfit Reipublice, ne quis res sua male utatur, & per renuntiationem iuste exceptionis induceretur dissipatio suorum, ergo erit illicita, tam in causis civilibus, quam in criminalibus per premissa.

Secunda exceptio est iuris naturalis, quatenus continet defensionem, ut supra dixi quæst. 6. que nec lege, statuto, seu rescripto Principis tolli potest. Bald. in l. ex hoc iure. column. ff. de iusti. & iure. Bart. in l. vt vim. eo. tit. Anchar. & Panor. in cap. ex parte. de offi. deleg. Hormanoctius Detus in l. 4. §. Cato. num. 471. ff. de verbo. obligationi. Ergo a fortiori ratione fieri non poterit per pactum inter priuatas personas.

In contrarium plura suadent, quod quis possit suis exceptionibus renuntiare in suum tantum præiudicium. c. quæ sit periculosus. 7. q. 1. vbi Esau renuntiauit ius primogenituræ, & valuit perpetuo talis renuntiatio. Similiter dicendum est in exceptionibus indudis à iure, quæ improprie defensionem dici solent. Item ius non contribuendi consequuntur ab aliquo expressè, & tacite, poterit remittere ipse impetrans. l. si quis tutor. ff. quando appelland. sit. vbi est casus in terminis, & communiter ignoratur secundum Angel. de Perus. libi, & Iaso. in l. falso. colum. 1. num. 3. C. de diuers. rescript. Quod sequitur Antoni. Rube. optimè intellegendum in repe. l. non solum. §. morte. numer. 261. vers. Primus casus est. ff. noui operis nuntiation. Alexand. confil. 101. col. 5. vers. Tercio principaliter. num. 10. lib. 1. vbi si quis à collectis sit immunis, & in libro collectarum se describi passim, vulgo se deare empadronar, immunitatis privilegium dicit, nisi appelleret à tali grauamine intra decem dies. Quod etiam probatur. Nam nobilitas exceptionis ex factis contrarijs nobilitas amittitur. Aymo Crauette latè confil. 163. colum. 1. etum seq. Tum etiam ex l. 3. ff. de interdicitis & relegat. quæ intellegendæ sunt ex traditis à Tiraquell. de nobilitate. cap. 35. & cap. 37. num. 13. & Oalora de nobilitate. 2. part. 3. partis. 9. vbi tractant, an talis renuntiatio patris præiudicat descendibus. si voluerint ut iure perfectè acquirat nobilitatis ab aho, & in eo se fundat, nullum præiudicium eis inferri, respondendum erit per dict. l. 3. ff. de interdicitis. & relegat. Cuius litera talis est. Eum qui ciuitatem amittit, nihil aliud iuris adimeret liberis, nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus intestatitate moreretur, hoc est, hæreditatem eius & libertos: & si quid aliud in hoc genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolonia. Itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes, & agnatorum tutelam, & hæreditates habituros. Non enim hoc fratres, sed maiores eis de-

disse, ergo quo ad se non poterit se tueri contra collectores exceptionis exemptionis extincta renuntiatione, vt præmissum est, nec nobilitatis, quem admodum probat Couar. Archiepiscopus meritisimè sancti Dominici apud Indos, qui optimè disputat in rep. cap. quauis pactum. in princ. 2. partis. num. 5. fol. 61. de pactis lib. 6. De cuius veritate alibi dicam. l. in. l. gl. 1. tit. 2. lib. 4. 1.

Postremo quod exceptiones renuntiare possint, passim in iure constat. Et tangit Signorolus de Homodeis in repet. l. postquam lit. num. 37. C. de pact. vbi vide. nam ex his, quæ ibi tradit num. 35. respondebis ad omnia, quæ in contrarium ad duei possent. Confirmatur. Nam potest quis iuri sibi competenti renuntiare. l. si quis in cõscribendo. C. de pa. l. si quando. §. generaliter. C. de inoff. testam. l. sed si quis. quæ situm. ff. si quis cautioni. Item potest iure regio Castellæ renuntiare exceptioni non numeratæ pecuniæ in eodem cõtractu receptionis mutui. l. 9. tit. 1. part. 5. Couar. lib. 2. variarum. eam bene exponit. c. 4. §. Rursum & hæc secunda. num. 3. ergo & alijs exceptionibus, siue dilatorijs, siue præiudiciales, vel peremptorijs sint, dum modò præiudicium nullum principaliter tertio proueniat, vt ex Signorolo vbi supra colligitur.

Quæro nonò, Vtrū exceptio excussionis tolli possit? Et videtur quòd non: quia licet sit inueta à iure civili, tamè est fundata in iure naturali, seu in naturali æquitate, & sic à Principe tolli nequit. Pan. in c. quæ in ecclesiarij. n. 8. de consil. & in c. per tuas. de arbi. colum. 10. Rip. in l. quominus. ff. de fluminibus. colum. 4. num. 10. qui dicunt Principem non posse statuere contra ea, quæ sunt statuta à iure civili, fundata tamè in iure naturali. Laurenti. Calcan. confil. 80. colum. 3. post medi. & in excusione particulariter mentionem de prædictis faciendo ad hoc firmat Aymon Crauet. cõfil. 263. num. 4. lib. 2. vbi tenet hæc exceptionem excussionis opponi posse in vim dilatoriæ ante litè contestatam, et post litem cõtestatam in vim peremptoriæ. Et est communis opinio teste Bald. in consil. 150. Casus actualiter. colum. 1. numero. 1. lib. 2. Laurenti. Calcan. confil. 29. colum. 6. Guido Papa decisi. 431. colum. 3. vers. An hæc exceptio. num. 9. De excusione agit Bellon. confil. 34. num. 3. nempe quòd sit necessaria antequàm procedatur aduersus tertios possessores. Quid autem si agatur remedio. l. si. C. de acqui. possess. vtrū conuentus ante omnes debitores principales possit uti beneficio excussionis? Dic quòd non propter constitutum appositum in instrumento conuentionis. vt tenent Angel. et doct. in d. l. fin. Corne. consil. 228. lib. 2. et consil. 85. in prin. lib. 4. Deci. in l. si. ff. si cert. pet. Io. Ferrari in præct. in forma libel

li. in

li. in actio. hypothecaria. verb. ex mora. tradit Bellon. confil. 34. num. 5. & confil. 44. col. 1. fin. num. 8. vbi hoc intelligit procedere, quando tempore cõstituti constitutus possidebat, nam qui vult uti constituti beneficio, hoc tenetur probare. Alex. confilio. 9. li bro. 4. Decius confil. 302. columna. 3. tradunt doct. in l. qd meo. ff. de acquirend. possess.

lesquier q los demandados por si ouiere, q las pueda poner fasta

Dubitat decimò & finaliter, Vtrū promittens generaliter non excipere, talis promissio comprehendat tam exceptiones peremptorias, quam dilatorias? Bart. tenet comprehendere omnes, cum appellatione exceptionum, etiam dilatorijs proprie veniunt. glos. in c. quoniam contra falsam. verb. exceptiones. de probationi. Et hæc sententiam cum Bart. dicit cõmunè Alesciat. in d. §. Cato. num. 189. Crott. nu. 121. Hormanoctius Detus. nu. 469. & Ripa. num. 83. contra Iaso. libi.

Fastia veynte dias. Siue sint dies feriati, siue non, cum sit tempus continuum, & sic non erit audiendus eo tempore elapso, nisi in casibus hic subiectis. glos. verb. cont. num. in Clementi. vnica. de integ. restitutorio. regulatiter enim omnes præscriptiones continent illud tempus, & non vile. glo. in rubri. ff. de diuers. & temp. præscrip. Alberi. in l. siue pars. colum. 3. vers. Pro declaratione. num. 3. C. de dilat. sic dicit. Notandum est, quod omne tempus à lege inductum, cõtinuum est, nisi lege caueatur quòd sit vile. De tempore vtili satis dixi. de tempo. in integ. restitu. l. superuacua. & ibi in glo. ff. de diuers. & temp. præscr. l. 1. Erideo annus ille de quo loquitur authent. Gaytaros. supra de hæret. & extra eo. titul. c. cum contumacia. lib. 6. continuus est. vt notatur in d. c. Per Archi. Et idem potest dici de fac. an. eccle. & authent. ille nulla communitas. de episco. & cleri. Et de istis dilationibus, quæ per iudices statuunt, vtrū sint vtilis, vel continuæ, vide quod notatur per Archidia. extra. de consueta. c. si. lib. 6. Hætenus verba facit Alberi. Idem notat Panormit. in c. quarenti. colum. 1. num. 3. de offi. delegat. & in c. quoniam frequenter. in prin. col. 5. num. 9. vtilis non cõtest. & in cap. vltra tertiam. colum. 3. vers. Sed quæro quando incipiunt currere. nu. 6. de testi. in quibus locis reputat notabilem prædictam glos. rub. ff. de diuers. & temp. præscrip. Hipolyt. in præct. causa. criminali. §. constante numero. 87. Hinc est, quod tempus datum ad præsentandum currit etiam diebus feriatis, cum

fit cõtinuum. Io. A. nd. Pan. & doctores in capit. 2. de concess. præbend. Rech. Curti. de iure patio. verb. honorificum. q. 34. nu. 65. Paul. Citadin. de iure patrona. 3. artic. 6. partis. quæst. 24. num. 4. 1. Idem asserit prædictam glos. dict. rubri. singula-

veynte dias a prime-ros siguietes despues de la cõtestacion del

ricando in v sucapionib' pcedere loa. Montaigne. in tract. de parlatentis secunda. par

te. §. Secundo facit stabilitas, seu constantia. numero. 9. De hoc tempore continuo, vel vtili quomodo currere incipiat, tradit Ioan. Firmian. in tract. de episcopis. lib. 1. de causa efficienti. quæst. 6. num. 6. pulchre, ac latè Francisc. Balb. de præscrip. in. 1. part. quarta principalis. qua st. 6. nu. 1. cum sequenti. vbi de præscriptionis tempore agit. Alex. in l. cum qui. §. in popularibus. colum. 5. num. 12. ff. de iure iurand. Anchar. in c. quia diuersitate. col. 3. nu. 15. de concessio. præbend. De ci. in c. super eo. col. 4. vers. In gl. in finali. num. 16. de appellationi. Bonifacii in clem. 2. colum. 5. n. 5. de testib. Aegidius Bellameria. in c. anteriorum. col. 2. nu. 9. 2. q. 6. & in c. suborta. col. 4. nu. 9. de re iudica. Barb. in d. c. quarenti. col. 2. num. 8. vers. quia omne tempus impositum à lege. glo. in princ. l. si. de perpet. & tẽpo. actioni. in pri. verb. constitutionibus.

Post lapsum igitur istius temini peremptorijs ad opponendas exceptiones peremptorias, & præiudiciales non erit amplius audiendus volens eas allegare, nam alias frustra esset terminus. 20. dicitur ad illas proponendas hic designatus, si lapsus temporis non excluderet. per glo. in l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plusquam per legè facti. & l. 3. §. diuus. ff. de iure fisci. l. si legatario. §. si. ff. de fideicom. liber ta. l. 4. §. vltimo. eo. titulo. l. à quo. in fin. ff. de damno infecto. & quod notat Innocent. in capit. cum in tua. qui matrimo. accusa. possunt. Barto. in l. Aristo. ff. de iure deli. Nam & quod certo tempore permittitur, postea tacite prohibetur. l. statum liberum. §. Stichum. ff. de legat. 2. l. 1. §. si mulier. ff. de libe. agnoscen. Paul. de Castro consil. 230. Circa primum libro 2. et consilio 35 1. Prædicta reformatio. eo. titulo. Andrazas, Tiraquellus. libro. 1. de retract. §. 3. glo. 4. num. 2. Latissimè per eundem libro 2. §. 1. glo. 2. num. 43. cum sequenti. Et huiusmodi præfixio temporis ad opponendas exceptiones. et defensionis intra certum terminum, et non vltra statui posse, non est dubium, secundum magis communem opinionem, de qua pulchre agit Alexand. confilio. 225. Ponderatis his quæ in themate narrantur. colum. 2. num. 8.

libro. 6. Et sic intelligit dict. capit. pastoralis de exceptio.

Est praterea notandum, quod id, quod hac lege statutum est, nepe qvltra tempus hic assignatum, & a pragmat. 42. capit. 8. libro. Pragmat. amplius no possent proponi alia exceptioes, quod etiam idem etat de iure communi, vt vltra terminum a iudice assignatum amplius non proponerentur.

pleyto y dende enadelante no la pueda alegar ni poner: saluo si por alguna razon despues de nueuo le ptenesciere algua

Declaratur tamen ista lex, quod amplius non possent proponi illa exceptiones, transacto tempore, nisi essent exceptiones, quae ingressae actioni, nam tunc ha exceptiones proponi bene possent, vt tenet lazo in. 8. actionum. colum. 19. num. 138. In libi. de actio. Rodericus Suarez in rep. l. post rem iudicatam. ff. de re iudicat. folio. 154. columna. 4. versu. Exsupradicta doctrina quod est notandum. Et habet pondus in practica secundum eum.

Secundo declaranda est locum non habere, quando transacto isto termino, res esset integra, & non sequeretur pra iudicium aduersario, & sic actori, & reus non fuisset negligens in opponendis exceptionibus infra terminum legis. Ita eleganter Salice. in l. ea quae crimen. in. 1. declaratio. C. qui accusa. non possunt.

Tertio intellige, nisi exceptiones omiffae essent notoriae, tunc enim bene possunt proponi. Pa normi. in cap. dudum. in. 1. de elect. num. 6. sensit Imol. in cap. licet causam. colu. pen. de probatio. Felin. in dict. cap. cum dilectus. nume. 20. de fide instrum.

Praterea quarto loco hac lex interpretanda est nisi reus transacto termino iurasset exceptiones illas, quas proponit, denuo occurrisse suae notitiae nam tunc optime proponi posse constat hic. & in cap. pastoralis. de exceptio. Sed videtur ob stare dicta prag. 42. c. 8. ex quo in ea oppositum statuitur. Ideo dicendum est, dict. c. 8. loquutum fuisse in casu, de Chancilleria & Consejo Real, quo loquitur, quibus audientibus quantuncq; iuret praedictas exce

ptiones denuo sibi occurrisse, no potest opponere. Nostra vero lex procedat in alijs iudicijs. Et ita practicitur.

Postremo loco & 5. intelligenda erit ista lex, quod transacto isto termino, non possunt opponi praedictae exceptiones per viam positionis, quo casu possent bene proponi possunt. Bald. singulartiter in auth. Sed nouo. C. si certum petatur. dicens se multoties hoc practicasse. Suarez vbi supra fol. 157. colum. prima. §. sed pulchrum dubium est. numero. 3. Dixi ad vtranque partem supra in l. prima. titul. 4. verb. juramento de calumnia. versiculo. Tertio dubitatur vbi videas omnino.

Vtrum autem terminus datus hic ad opponendas exceptiones pra iudiciales, ac peremptorias possit extendi, vel restringi a iudice Vide, quae resolutiue declarant in verb. Dalaly. in allega. l. 1. tit. 4. isto. lib. 3. supra.

No la pueda alegar, ni poner. Concor. l. in principi. titul. 4. supra hoc libro. 3. l. 8. in ordin. de Madrid Regum Chatholicorum. Fallit, nisi talis exceptio proveniret ex defectu iurisdictionis, quae quandoque, etiam post tres sententias conformes opponi poterit. gloss. in Clementi. vnic. verb. no obstat. de sequel. rati. possessio. & fruct. quam ad hoc reputat singularem Hippolyt. Marfil. in practica caus. crimi. §. opportunè. numero. 28. Bartholom. Socinus. in tractat. regularum cum fallentis. regula. 12. i. incip. Exceptio nullitatis fallentia. 1. Dixi in. l. 2. in gloss. 1. tit. 6. lib. isto. 3. supra. Hippolyt. conf. 71. nu. 37.

Fallit secundo, in exceptione proveniente ex defectu mandati, vt tu non habes mandatum. nam ista exceptio reddit iudicium retro nullum. l. prima. in ordinatio. de Madrid. Et sic quandoque etia rermi no lapsu obijci poterit, vt communiter firmant doctores in capit. in nostra. de procurato. Thomas Grammatic. voto. 18. numero. 5. text. pro hac opinione est in l. licet. C. de procur. & ibi Alexand. Iaf. & reliqui. Alexand. in l. ita de num. limita. 2. C. eod. Nicola. Bellon. consil. 26. num. 10.

His etiam adducitur tertia fallentia, nisi esse exceptio nullitatis notoria, quae ex ipso processu euidenter colligi possit, nam etiam aduersus tres sententias conformes. vt in casu Clementi,

inauatica. de sentent. & re iudic. cum legibus. regni similibus. poterit opponi, e regie probat plures rationes adducendo Ludou. Roma. in repet. l. si verò. §. de viro. fallent. 32. numero. 163. ff. soluto matrimonio. Hippolyt. plura ad id adducens in repet. rubric. C. de probatio. numero. 172. Quibus non relatis, sed tamen alijs pluribus pulchre, ac resolutiue tradit Doctor Couarru. libro. practicarum quae est. cap. 25. numer. 2. dicens hanc communem opinionem esse.

Quarto fallit in exceptione excommunicacionis, quae etiam post conclusum in causa, & quandoque docanque obijci potest, dum tamen opponatur seruata forma. cap. pia. de exceptio. libro. 6. vt firmat Nota antiq. 221. alijs secundum nouiorem impressionem. 26. sub titulo. de sentent. & re iudic. De ea latius diximus supra in gloss. 1. text. formalis est in Clem. vni. hoc tit. idem probans.

Alia exceptio, quae potest opponi post sententiam, nempe maritalis exceptio super competentia viuendi in iudicio reiecta, post sententiam obijci posse contra glo. & communem in l. Nefenius. ff. de re iudic. probat egregie Zali. libro. 2. respons. c. 1. per totum. vbi recurrit.

Vtrum autem allegata exceptioem sibi competentem ex forma legis, vel statuti ad excludendum actorem ab actione proposita, neapè minor, constitutus sub alterius potestate prohiberetur ad creditum, vt lege regia nouissime sancitum est a Carolo Cesare, eiusque filio domino nostro Rege Philippo Hispaniaru ac Angliae rege publicata, quae est. 78. in cuius Pinciae Anni. 1555. habeat locum tam in foro fori in omnibus casibus, quam in foro animae. Hoc autè anno statim cum fuit in manus subditorum, de plurimis dubijs sui consultus, ideo de aliquibus aegre statui.

Primum dubium sit, Vtrum lex fuerit iusta ac ex ea deducatur responsio, an tute ex ea excipi possit? Et primum lex ista continet partes, quae debet habere lex ad hoc, vt iuste promulgari debeat aduersus creditores decipientes minores in grauem lationem Reipub. prout experientia edocet, ergo poena nullitatis contractus, ac amissionis rei venditae, denegatioque actionis cum alijs in ea lege expressis iuste fieri potuit, ac debuit, sic igitur iniuste ex ea quis non tuetur, imò & legitime, cum sit poena transgressoris ipsius, quae in foro animae peti, & exigi potest, iuxta formam legum absque peccato, vt iam supra hoc tomo me dixisse sum memor ex Fort. de vltimo sine vtriusque iuris. colum. 89. versicul. 18. illationem refero. & est apud omnes receptissima opinio. Couarru. in epitome. 4. Decret. 2. part. §. 8. numer. 11. Iustitia autem ipsius colligitur ex pote-

state, quia à Principe omnium supremo, nec recognoscante superiorem in temporalibus. vt dixi in Proximalibus istius primi libri quaestioibus. quaestio. 1. fuitque vtilitas maxima, ex qua fuit condita, vt infra dicam, ergo iustissima, ac obligat transgressorem ad mortale. vt ibi paulò antecitavi, declaravi quaestio. 10. faciuntque in eius comprobationem dicta ibi. q. 14.

Praterea & eius pra ceptum fuit, vt eius metu humana mercatorum audacia ad decipiendos minores in venditionibus eis ad creditum factis (no sine magno conscientiarum suarum, ac totius Reipublicae damno) coerceretur, tutaque non esset inter improbos nocendi facultas ex poena in hac lege, 78. apposita. argumen. eorum, quae tradit Iudor. libro etymologiarum. prout retuli supra quaestio. 15. columna. 22. in prooemio. Et iustificari potest, quia continet condiciones bonae legis, cum tendat homines ad bonum, ac minores, constitutos sub alterius cura ne contrahant in maximum dispendium rerum suarum. vt ex Sor. colligi potest libro. 1. de iusti. & iur. quaestio. 5. articulo. 3. Intantum exiit iusta est iusta, quod cum resistat contractui, nullam obligationem civilem, nec naturalem perimitur produci, si credamus traditionibus nostrorum, nec etiam iuramento firmari contractus, quia lex resistit obligationi, impediendo originem contractus, ac eum nullum declarando: tum etiam, quia talis contractus dolo aduersarij censetur factus, quo casu quando lex disponeret contractum à minore celebratum dolo, & fraude factum fuisse censeri, prout praedicta lex Regia. 78. expressè ait, tunc iuramentum non firmat contractum contra eius formam celebratum. Bartol. in authen. Sacramenta puberum. versic. Tamen ad vnum. C. si aduer. vendi. Bald. consil. 23. Occurrit dubium. numero tertio. libro secundo. Roman. consilio. 12. vbi in punctis plures rationes adducit in confirmationem huius rei. Alexan. consilio. 59. columna prima. libro. 1. refert Ioan. Crottus in repet. l. omnes populi. num. 78. versicul. Duodecima conclusio. Statutum disponens. ff. de iusti. & iur. Ioan. Baptista ibi numer. 66. sed vbi dolus interfuit, iuramentum cõtemni potest. capit. cum contingat. de iure iuran. capit. quauis pactum. de pact. lib. 6. Ergo pro cõfirmatione, vt etiam si iuramentum interponatur quod contractus gestus contra legem iustam resistens, & annullans contractum ad creditum minorum, seu existentium sub cura aliorum non debet valere: quia qui Principis ordinationi contra dicit, Dei ordinationi resistere non est dubium. ad Rom. 13. capit. qui resistit. 11. quaestio. 3. sic esse iuramentum vinculum iniquitatis: eo nanq; praetextu deciperentur minores, & expoliarentur,

pariterque maiores constituti sub alterius cura, prout ex proemio Regiæ legis constat, esset que suram palliare, quæ nulla lege etiam apostolica contra ius diuinum ex quacunque etiã pia causa est permittenda. cap. super eo. de vsur. Tum etiã, quia iuramentũ istud fundatur in detrimentũ illorum, quibus succedere possunt, sperantve succedere, & sic non obligat, per iura vulgaria. Ex quo etiam inferitur iuramentum factum ab vxore marito absque licentia viri non valere, nec firmare contractum, refragante. l. 5. Tauri. vt in specie eleganter docet Archiepiscopus sancti Dominici Doct. Didacus Couarr. in epitome. quarti Decretali. 2. parte. cap. 7. §. 1. numer. 3. qui in hoc est consulendus.

Præterea interpretatio, & distinctio iuris diuini concessa est regibus, vt supra dixi: ergo si contractus fuerit propter hominum tranquillitatem, & conseruationem rerum suarum improbatus à iure, in hoc casu non debet iuramento firmari, vt ex prædictis constat.

Præterea non præstatansam periuurijs, imò eam delet: quia eo ipso, qd subditis sciunt legẽ principis annullatis contractũ, etiã reprobadò iuramentũ, de facili euitabũt tales illicitos, ac Reipub. Hispanæ pncipiosissimos contractus, nec iurameta petent ac iurantes, vt quotid. è sit, periuurijs inuolentur. Nec tollit libertatem ecclesiã, cum huiusmodi interpretatio hoc in casu fit Regi permissa propter eõmunem subditorum vtilitatem, & sic non contrariã iuri Canonico, nec ab eo inhibita, imò concessam esse dicendum in casu nostre legis.

Pro his etiã facit consiliũ Bald. 117. Super primo puncto. num. 2. lib. 5. vbi tenet legem prohibentem contractum, ceteri etiã iuramentũ vetare. citat. l. adigere. §. fin. de iure patro. vbi à lege ciuili remittitur iuramentum. Ad detex. in. l. fi. & ibi gl. ff. qui sãi fida. eo. q. quæ iura accipiẽda sunt, stante iusta causa ad impedimentũ illud ex quadam rãtia Romani Pontificis approbatõe, aliã secũs, cum sit iuramentũ causa merè spiritualis respiciens ecclesiam potius quàm laicos, & seculares personas.

His etiã facit. Nam Principibus Christianis licitum est impedire iuramentũ interponi in contractibus reprobatũ à iure regni iuste, & licite, cum propriũ munus principum est. capit. regũ officium. 23. quæstione. 5. 1. optimam. C. de contrahend. emptio. cum iuramentum sit interponendum, vbi non detur peccatum, nec eius occasio, quod hic daretur, cum lex sit iusta, ac violans, prætextu iuramenti peccaret. Et sic non adducendũ in dubium hoc casu de valore harum legum, prout Pinellus tradidit in rep. l. 2. in. 3. part. num. 11. C. de rescind. vend. vbi declarare cõtendit leges no-

stri, ac sui regni prohibentes iuramentum interponi in contractibus, quæ leges sunt in Castellana Republica. l. 6. titul. 1. supra hoc lib. 3. & Lusitaniã est lib. 4. titul. 3. §. vnico.

Contraia opinio, inno quod princeps non obligetur civiliter ex suo contractu, est communis secundum Philipp. Deci. in dict. capitulo primo. columna secunda. numero tertio. de proba. Ioan. Orseisipsum sequitur in l. princeps. numero decimo quarto. ff. de legib. dicendo frequentio rem esse istam sententiam, cum quomones concludunt. Veriorem existimat Beroi. in capitulo primo. de probat. numero decimono. Pro hac parte facit quæ notat Ludovic. Gome. in regul. Cancellariæ ap. toli. de infirmis. respondentibus. quaestione prima. columna prima. Couarru. libro tertio. variarum resolutionum. capitulo sexto. numero octauo. Andræ. ab Exca de consti. in capitulo primo. numero 208. Iaso. in l. prima. numero secundo. ff. de pact. Ex quibus poteris confirmare, & quàm in alueris defendere opinionẽ ex prædictis communibus inter se adinuicem de directo contrarijs, vt itaque enim potest iustificari, ac approbari, ideo cogitabis. Igitur si non ex facto suo, sed alieno promittat, non est promissor obligatus nec ad interefse per præmissa, quia ad id dicitur animus obligandi, vt ex ea obligatione constet, cum stabili que iuris aduinculo, & robore, vt constat in dicta. l. 1. titu. vñ decimo. part. 5. cum simi. adductis: & est de mente Couarru. in dict. capitulo. quãuis. par. 4. num. 16. de pact. libr. 6. quia voluntas & non factum contractantis inspicitur. Igitur cum quis se vult obligare conditionaliter, vel inuentum alicuius cause, & non pure, nõ est obligatus, ac per hanc legem minime erit obligatus, ac ex equi poterit cõtra talẽ promissum re facti alicui. Nec valet correctio Grego. Lopez postea

posita ad hanc legem, vbi supra. cum inducat de
structionem, & correctionem dicte legis parti-
tae, ac totius juris communis. Quod non est firmu-
dum, nam sufficit fieri correctionem iurium di-
centium, quod ex nudo pacto non oritur actio,
& etiam quod

de otros entre ausen-
tes: o que se obligo al
guno de dar a otro o
de hazer alguna co-
sa. Mandamos que
toda via vala la dicha
obligacion y con-
tracto que fuere he-
cho en qualquier ma-
nera que parezca, q
vno se quiso obligar
a otro.

¶ Ley. IIII. Que contra los con-
tractos que tienen apareja-
da execucion no se ponga ex-
cepcion salua paga.

¶ El Rey don Enrique III. en Ma-
drid. Año de mil, e ccc. lviij.

ADDICION.

¶ Esta ley se confirma por la ley
1. titulo. 2. 1. libro quarto. Reco-
pila en la ley quarta. titulo. 2. 1.
libro quarto. Recopilacionis, se
dize que las sentencias arbitra-
rias se executen y la orden que
en ello se ha de tener y que ay
lugar en los arbitros nombra-
dos por las partes, para que sen-
tencien conforme a derecho, y

¶ En la di-
cha obligacion.
Sed licet in-
principali ob-
ligacione, se-
cus in accello-
ria, & sic in fideiussione, qua contrahitur per sti-
pulationem. l. Blanditus. C. de fideiussor. l. quin-
ta. §. satis acceptio. ff. de verborum obligacioni-
bus. l. sciendum. eodem titulo. Et huius dicti-
tationem ponit Ioan. Fab. in rubrica. Instituta.

do fideiussoribus. columna secunda. numero ter-
tio. Idem dicendum est de iure Canonico, quo iu-
re fideiussio facta nudo pacto abique stipulatio-
ne non valet. Bartol. in capitalo primo. columna
fin. numero nono. & ibi Felin. numero decimo-

en las transacciones, y vease la
ley quinta de a quel titulo, en la
qual se dizge, que las confesio-
nes hechas en juyzio y los cono-
scimientos reconocidos traen
aparejada execucion, y en la ley
seys, del dicho titulo, se dizge que
los reconocimientos de los co-
noscimientos, se pueden hazer
ante los alguaziles y eserinanos
por mandado del juez, y vease
la ley diez y seys de aquel titulo
adonde se dizge que por deudas
de los pueblos, no puedan hazer
execucion en el pan del deposito
y vease la ley diez y siete de a-
quel titulo, adonde se manda,
que los mandamientos de la exe-
cucion, se den primero a las par-
tes y no a los alguaziles, y en la
ley diez y ocho del dicho titulo,
se dizge que no sellenen derechos
de execucion, si la parte pagare
de contado, despues de dado el
mandamiento, y antes de hecho
la execucion, y vease la ley diez
y nueve del mismo titulo adonde
se pone el orden que se ha de re-
ner en hazer las execuciones.

Mandamos q
contra las obli-
gaciones co-
tractos, e o pmissos, o

¶ Quidam solennitas verborum omnino est remissa
per hanc legem, vt satis ostensum est.

¶ Ley. IIII.
Mandamos que en Quonia contractum executio-
nes

nes frequentissimè in forensibus disceptationibus
contingere solent, ac aduocatis lucrù non paruum
adferunt, ideo hic aliqua tractare statui. Lex ista cù
sequenti vt lis, & quotidiana est, ideo plenius in-
terpretada, saltem per relationem ad loca vbi de
his contrariis guarentijs sit metio, præcipuè
à Rodrico Suarez in repe. l. post rem iudicatam.
§. alius casus potest hodie assignari. folio. 26. vbi
refert literam formaliter huius legis, ac eam com-
mento vt illi iustitiam. ff. de re iudica. Hispani scri-
ptores in. l. 64. in ordinatio. Tauri. maxime Ioan-
nes Lup. Cifontan. & Antoni. Gomez, Rebuff.
in tracta. de literis obligato. articulo. 6. gloss. 3. & in
tracta. de senten. executorijs, per totum. & in tra-
cta. de chirographorum, & schedularum recogniti-
one. in prima parte commentario ad con-
stit. Regis Galliar. & concor. cap. 10. in capitibus
Prætorum. vbi etiam Francisc. Auiles. verb. *execucion*
plura in hac materia aggregauit. Iste text. cù se-
quentia intendit. Primum povere regulam, quod in-
strumenta guarentigia sint executioni mandan-
da, nò obstante quacùq; exceptione, nisi fuerit de
expressendo ibi, *salua paga*. Tertia autem pars est
in. l. 5. infra proxima. qua disponit, quod si infra
decem dies exceptionem oppositam non proba-
uerit reus, executio cum effectu fiat, dum tamen
creditor, datis fideiussoribus cauerit de restitu-
endo summam asserti debiti duplicatam debitori, si
ipse debitor intra terminum assignatum probaue-
rit solutionem, aliamue legitimam exceptionem
à se propositam in termino à lege assignato ad o-
bijciendas exceptiones. Hac est diuina huius re-
gie legis, qua continet maximam æquitatem, ac
naturalem rationem à iure diuino derivatam, ne
ex prolixitate litium, clarum ius creditoris offu-
scaretur, ac laboribus, & expensis, quibus persepe
deterit malit debitor amittere, quam sic sub du-
bio euentu litis vexari. Maximù quippe comodu
consequi existimât, cum à lite recedat, præcipuè
cùm calumnijs, iniustisq; cautelis gratia differen-
di solutionem à se pessimis, & rapacibus aduocatis
torqueri soliti sint, vt experientia rerum magistra
quotidie suadet, ac significat, palamque omnibus
constat, qui defensionē causæ clientulis iuste, vel
iniuste proponunt, vt eos decipiant, & pecuniam
subtili potius ingenio extorqueant ab eisdem cù
animarum suarum periculo, ac scandalo aliorum
plurimorum, in quorum noticiam peruenire so-
let, vt verbis Papæ vtar in clementi. 2. de poenit. &
remissio. Quippe cum auctores tanti detrimenti,
seu furti (vt melius, ac propriè loquar) peccant cõ-
tra Deum, ac contra proximum, tenenturque ei
satisfacere omne damnum, ac interesse ratione de-
biti principalis, ac retardatæ solutionis. Quia qui

est causa damni, ad ipsius restitutionem tenetur
ca. fin. de iniur. c. grauis. & cap. 5. re. ibi. eo, quod
non multum interfit quo ad periculum animæ in
iustè detinere, ac inuadere alienum. Et ibi glo. verb.
detinere. de resti. spoliat. & glo. ca. contra. 16. q. 7.
Et Augusti. in epistola ad Macedoni. dicit, Si res
aliena propter quam peccatum est (scilicet in re-
tardatione contra voluntatem creditoris) reddi
possit, & non redditur, penitentiam non agitatur, sed
simulatur: si autem veraciter agitur, non remitti-
tur peccatum, nisi restituatur ablatum. transum-
ptiuè in. c. si res. 1. q. 6. regu. peccatum. de regul.
iur. lib. 6. Quo fit debitorum ad certam diem ex fi-
de, chirographo, seu instrumento publico constri-
ctum, ac obligatum soluere, adueniente die non
posse differre debiti solutionem absq; peccato cre-
ditori, nisi ab eo consequutus fuisset tacitè, vel ex-
pressè prorogationem termini. Thom. 2. 2. q. 62. ar-
ticulo. 6. Caietan. 2. 2. q. 66. articulo. 3. in responsio. ad
tertium. Archiepif. Floren. 2. parte. summa The-
logalis titulo. 2. ca. 8. in præcipio. Scotus, Paluda. q. 2.
in. 4. senten. dist. 15. Et Gabriel. quaest. 2. articulo. 2.
conclu. 2. Ioan. Nider in præcepto suo præce-
pto. 7. Ioann. Lup. in repe. rubri. De donatio. in-
ter virum & vxor. §. 65. numero. 36. a quo receden-
dum est, quatenus firmat, quod omnibus momen-
tis, quibus recordatur se alienum detinere, nouo
peccato mortali teneri, ac obligari. Quem saluari
posse puto, cum rem ipsam ex iniusta acceptione
detinet, vt ex furto, & cum recordatur, nedù non
poenitet, sed noua complacencia sibi ipsi gratula-
tur, ac dicit ceruicosè, nolo restituere, quo casu no-
uo peccato illaqueari, cum de nouo consentiat in
furto, & re illicitè retentione, non est dubium,
cum ex nouo consensu & pertinacia in peccato
Deum offendat. De hac re scripsit bene doctor
Nauar. in repe. capi. nouit. notab. 6. §. Tertio præ-
suppono. numero. 74. de iudic. Egregiè Domi. a
Soto lib. 4. de iust. & iure. quaestio. 7. articulo
quarto. atque ibi tenet non peccare de nouo, licet
peccatum augeat, cum venit memoria obligatio-
rei restituendæ cum possit, & nolit. Igitur malè fa-
ciunt debitores, ac aduocati, suis calumiosis cau-
telis executionem postulatæ detinendo per præ-
missa. Nam quemadmodum rem alienam surri-
pere peccatum est contra iustitiam: ita & eam
inuito domino retinere, nam similiter impeditur
eius vsus, qui finis est domini. In peccato autem
remorari nec per minimum tempus fas est. Et ha-
betur Ecclesiastici. 21. Quasi a facie colubri fuge
peccatum. Cum ergo scis rem alienam, & ipsam
detinere, & qui te auctoritatem præstat ne resti-
tuas cum possis, defendendo eam, ambo peccatis mor-
taliter. Inò aduocatus eam causam abijcere de-
bet, & suadere clientulo quod statim soluat, vel
perita

glo. 2. Matthæ. de Afflict. decisi. 358. numer. 3. Sed practica communis regni est in contrarium, imò quòd pignorum captura seu personæ ratione debiti per instrumentum liquidum fit ex præcepto iudicis, debitore minimè citato: tū, quia in ista prima executione ac præconizatione parum ver setur præiudicium, & sit reparabile, cum ad ultimum actum iudex procedit interponendo decretum super alienatione, seu adjudicatione debeat tūc pars citari. iuxta. l. 6. 4. Tauri. quippe cum tractetur de magno præiudicio, & de traslatione dominij. Ita Alberti. per illum tex. in. l. creditor. C. de distr. pigno. Rober. Marant. in practica aduoca. 6. part. 7. Tertius & ultimus actus. nume. 19. pag. 464. Et sic nimirum vt non detur causa subterfugiendi iudicium reo. argu. l. ait Prætor. §. si debito rem. ff. que in frau. credito. alteretur forma, & modus citationis. Quæ ex causa quauis tolli nò possit in totum, cum sit defensio, tamē variari potest defendendi modus, & sic sua defensio referuatur eo tempore, quo potest seipsum defendere, allega quòd exceptiones sibi cōpetentes, iuxta formā supra traditā ex mēte Roberti Maran. Suarez. & aliorum supra addu. & orū. Et sic est optima praxis regni, quæ habetur in exequentis instrumentis.

Quæritur tamen, An instrumentum factum à notario Papali, seu regali, qui non est de numero ciuitatis, seu villæ illius regni, ceteri debet priuatum, ac exequum in regno minimè possit? Respondendum est tanquam particulare, ac priuatum fore iudicandū, & sic exequi non posse. l. 26. titu. 4. lib. 1. supra. l. 4. titu. 18. lib. 2. supra. vbi hæc verba habentur. *Y en las ciudades, y villas, y lugares, donde ay escriuanos publicos de numero, o de concejo, mandamos, que estos solos puedan usar del dicho officio de escriuania, e que por ante estos, o qualquier dellos pasen los contratos de entre partes, y las obligaciones, y testamentos, y no ante otros; y si ante otros passaren, que las tales escripturas no fagan fe, ni prouenya; y q los otros escriuanos no se entremetan a recibir, ni reciban los tales contratos. &c. Ergo exequis non fieri poterit, si instrumentum non fuerit factū per publicū, ac numerarium tabellionem, cum alij contractus sint priuati censendi. per. l. 5. infra. ibi. *cartas y contratos publicos*. Tenet Cifontanus in dict. l. 64. quaestione. 7. in ordinat. Tauri. Est etiam regia. l. 8. titu. 8. lib. 2. supra. ibi. *ni por ellas se pueda hacer execucion alguna*. Quo sit testamentum factum coram istis notarijs apostolicis, seu regalibus extra numerum ciuitatum, seu villarum esse publicum quem admodum si manu priuata esset factum, aliàs nullam fidem, sicut publicum testa-*

mentum facere non est dubium. Quæri potest vterius, Vtrum cessionarius possit in regno petere executionem instrumenti guarantee, quemadmodum cedens petere poterat? Respondendum est conclusiue, legem, consuetudinem, vel statutum loquens in executione fienda locum vendicare in cessionario. Paulus & Alexand. numero. 9. in. l. postulante. in fin. princip. ff. ad Trebellia. Salicetus & Roman. in. l. i. ff. si cert. peta. Paulus Parisi. consilio. 107. numero. 90. libro. 3. Probat text. & ibi Baldus. columna. 1. in. l. ab Anastasio. C. manda. sic dicens. Nota tertiò, q cessionarius dicitur creditor. & in. l. i. numero. 23. C. de actionibus & obligatio. & in. l. per diuersas. numero. 14. quaestione. 10. C. mandat. Intelligas, quòd cedens possit cessionarium in locum suum, tunc per omnia instar cedentis reducat. Bart. in. l. in prouinciali. ff. noui oper. nuntia. Confirmatur. Nam in lege nostra hoc executionis remedium ideo concessum esse diximus, vt lites breuiiores reddantur, & sumptus litium vitentur. Quæ quidem ratio habet etiam locum in cessionario, & sic dispositio, eam respiciat causam, & non personam. Sic consultum reliquit Ludo. Romanus. consilio. 38. incip. In causa. & in consilio. 142. Quòd cessionarius. Prius tamen debet liquidari, vtrum habeatius cessum, vel ne. Ita Roderic. Suarez in repetitio. l. post rem iudicatam. 7. extension. fol. 136. column. 1. ff. de re iudica. Et Boerri. ac plures ab eo relati decision. 10. incip. Cessionarius. Hippolyt. singul. 26. & Imbert. Rupellan. in instit. forensibus. 1. part. pagin. 21. Quauis non ostensa cessione si petat executionem cessionarius suo nomine, cum habeat viles, Rebuff. in tract. de literis obligatorijs. ar. 3. glof. 2. nu. 17. exilimet exequendum instrumentum debiti. Adde Alex. conf. 93. lib. 4.

Dubitari insuper potest, Vtrum peti possit executio instrumenti contra fiscum, ac eius successorem? Responderi oportet affirmatiue, quòd potest fieri executio in eum, vel in eum, cui fiscus bona dedit. l. 1. de hæredi. vel actio. vendi. l. eum qui bona. ff. de iure fisci. Tradit Ias. consilio. 88. incip. In presenti. lib. 3. quia fiscus non vult, nec intendit iuri tertij præiudicare. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Et princeps concedendo bona, obligationes concedere videtur. l. Princeps bona. ff. de verb. signifi.

Est tamen quaestio, Vtrum cadauer possit detineri,

tineri, ne sepultura tradatur, donec debitum per instrumentum guarantee debitore soluat. Angel. in auth. vt defuncti. sen. fune. eorū. §. 1. colū. 5. in simili statuto. nostra legis tenet detineri posse in sepultum. Ipsum refert Suarez, tamen ab eo recedit, & merito in dict. rep. fol. 135. extension. 5. eam refert & sequitur Segur. in repe. l. si ex legati causa. nu. 73. ff. de verb. obliga. Brunus in tract. de interitu & peremptio. conclusio. 15. num. 99. Hippolyt. in. l. si. nu. 64. ff. de quaest. & in singul. 199. in. fi. Et pro hac parte facere videtur. l. 7. tit. 1. lib. 1. supra. ibi. *Que el finado*. vbi dure (meo iudicio) & absque culpa defuncti impeditur eius sepultura, igitur propter causam ab eo deriuatam, & sic obligationem guarantee impediatur. Sed tamen illa detentio potius ad terrorem deducta est, & sic ad comminationem lachrymantium multoties magis ex forma, q̄ ex intrinseco dolore: vel sit ad momentum, quia de facti placantur à clericis, vel alijs, & sic nunquam practicitur.

Ea propter hunc effectū contractus guarantee negamus ad Segur. ibiq; plures tenentes cōtratiū sententiā adduximus loco iā à me proxime citato. Quos in presentiarum contra Angel. & sequaces tenentes enumerat libet. Equorum numero sunt Dominici. in. c. preterea. 51. distin. Felin. qui dicit non procedere de æquitate in cap. sicut Iudæi. column. 1. de Iudæis. Ergo æquitas spectanda est. l. in omnibus. & ibi Decius. ff. de regul. iur. Confirmatur ex Rip. in tracta. de peste. tit. De remedijs preseruatius contra pestem. num. 101. versi. Et primò quæro, an creditores possint petere. Reprehendit Segur. an Dueñas in tract. regulatū fallen. regul. 307. column. 4. versi. Et primò. adiutus potissimū remissionibus, quas ibidem adiecit. numer. 73. ad ipsam Segur. quamquam de Additio, nullā fecerit mentionē, imò potius ab eo recesserit. Hoc idem & Couarr. in lib. 2. variarum. resolutio. c. 5. num. 10. & in. c. Ruffaldus. §. 3. in. c. 3. de testam. fecit. Quos quidem & si quibusdam hoc sit proprium, scilicet authoris nomen sub silentio prætere, alienum tamen à tanto viro consentaneū fore semper iudicauit: neque mihi inquam in mentem venire potuit, quin & nostri aliquando mentionem facturus esset: præsertim cum certo scire, eum nò latere, præcipuum honorem haud in eo, qui recipit, sed potius in eo, à quo exhibetur, esse repositum. Et certe (vt alia omittam) solum illud Euangeliū Matthæi. 7. transumptiue in. c. huius manum genus. dist. 1. Omnia quæcumque vultis vt faciat vobis homines. &c. vt vobis vices ille. rependeret, ad illucere & inuitare deberet: maxime cum ab anno 1547. vsque in hoc diernum diē sine legendo, siue scribendo illius & venerandum præceptoris nomē, & suam merito ab omnibus lau-

data ac decantata opera ab ore nunquā decidant nostro. Sed missa isthæc faciamus, & illuc. vnde diuertimus, reuertamur. Eandem superiorem sententiā, probat Ioan. Lup. in. l. 4. Tauri. num. 272. Doctor del Castillo in. l. 30. verb. *gaños*. in legib. Tauri. Grego. Lopez in. l. 13. vbi est tex. expressus, vbi que allegatiura familia titu. 9. part. 7. Et est. l. fina. tit. 13. part. 1. vbi eandem sententiam vltis est ap. probasse ipse Grego. verb. *que no lo sotierá por dondas*, remittendose ad. d. per ipsum in allega. l. 3.

Quæro, Vtrum executio per instrumentum guarantee peti possit contra hæredem, vel hæredes pro hæreditarijs portionibus? Respondendum est q̄ sic. l. i. C. de hæredita. actio. Angel. & Iurel. in. l. i. ff. de his quæ in testam. delon. Alexan. in. l. postulante. colum. 3. num. 6. ff. ad Trebellia. vbi est videndus Imol. l. i. ff. si cert. peta. Tamen hæc nò est faciendum intra tempus faciendi inuentariū, vel est, intra tres menses, tunc executio in hæredes fieri non poterit. l. fina. §. donec. & §. si præfatam. C. de iure delib. vbi doctor. Bal. in. l. ait prætor. §. si quis. ff. de procura. Boerri. decision. 10. vbi citat Ias. in. §. fuerat. num. 61. In. l. de actio. Si tamen ex lege regni, vel cōsuetudine daretur recessus temporis, post illud tempus à legē, vel cōsuetudine elapsam executio in eum fieri poterit: quia cessante causa dilationis, cessare debet effectus. l. quod dicitur. ff. de pact. c. magna. de vot. Quo fit cū in nostro regno per dict. l. 13. tit. 9. part. 7. tantum datur terminus nouem dierum, in quibus præcipitur hæredem non fore conueniendum, quòd si talis diebus elapsis fieri poterit executio.

Vtrum autem contractus guarantee non habens verbum, promitto, executionem habeat, ac p̄ ex ea scriptura constat debitorē recepisse, aut tuò certam summam pecuniæ ex causa dotis, iuramenti, vel huiusmodi absque eo, quòd promittat se redditurū prædictam pecuniā? Respondendum est executionem mandari, cum constet per eum de receptione pecuniæ. l. si duo patroni. §. Marcell. ibi, rem sibi in dotem dedit. ff. de iur. iurao. Bar. expressè notat in. l. i. ff. de his quæ in testam. delentur. Roderic. Suarez vbi supra. §. secundo exten. de ann. fol. 137. column. 1. Ias. in dict. §. Marcellus. nu. 1. col. 1. vbi dicitur, *non habet effectum*.

Vtrum autem executio peti possit pro interesse mediante instrumento guarantee? Videtur dicendum, quòd non habeat executionem super interesse; quemadmodum habet pro principali, quia de interesse, ac eius quantitate non constat ex ipsi lectione, ergo exequi nò poterit. l. i. ff. de his quæ in test. delon. Alexand. in. l. i. ff. de legat. 2. Ias. Hannibal in repetitio. l. si in sum. num. c. 28. ff. de verb. obligatio. Et articulus iste vtilis, ac non bene discussus secundum Ias. opumē de eo agentem

ini. de c. cia q̄. cum de Ann. de c. ist.

ad vtramque partem. in l. certi conditio. nu. 20. ff. si cert. pet. qui in num. 21. dicit hanc opinionem communem esse, ac ab ea non esse recedendum. Quod tamen limita, nisi ex lectione instrumenti constaret de promissione interfecta materialiter, secus si venisset intellectualiter. vt explicat optimus practicus Roderi. Suarez in repe. l. post rem iudicatam. 4. limita. num. 9. fol. 144. col. 1. ff. de re iudica. Cum enim mentio fuerit facta de interesse respectu quid certi, quamuis non sit quantitas certa ipsius interesse, verificabitur intra terminum datum ad exequendum contractum. argu. l. si fundus. §. potest ita. ff. de pigno. Qui vnicus solet reputari a docto. & per pronuntiationem iudicis sit certum, ac competet certi conditio in dict. l. certi conditio. in princ. & ibi glo. verb. ex certo. Bar. Bald. Paul. & Aretin. licet Roma. num. 14. Alber. & Alexand. contrarium teneant. Facit, nā instrumentum secundum formam legis volentis ipsum exequutioni mandandum habet etiam locum in eo, quādo tacite ex ipso instrumento colligit. Bald. in l. ad probationem. la. 1. C. de probat. & in l. 1. §. plenius. C. de rei vxor. act. Alex. in l. iurisdictio. §. quod ferē. ff. de pact. in nu. 10. vbi dicit, quod cōmuniter ita tenetur. Idem firmat Philip. Deci. cōsil. 407. col. 3. nu. 6. lib. 4. Igitur cum de interesse fuerit expressum in instrumento, poterit peti exequutio, ac durante tempore decem dierum dato ad allegandum, & exequutionem pronuntiantiam si liquidabitur in iudicio, ac exequutioni mandabitur, & sic intellige has duas communes contrarias, scilicet, Ias. quod nō exequatur pro interesse, & per exequatur secundum Alex. quā modo pramisso declarata tenēda ex ultimo, omīssa Iasoni. Has duas communes contrarias refert. Io. Orosi. in l. 1. ff. de edendo. nu. 10. & petitio debet esse vt explicat Alb. in l. certi. nu. 29. ff. si cert. pet. l. Dico te mihi obligatum ex tali causa, ex qua peto te ad interesse condemnari. Quod vltimo decem. & ista forma est tutior ac communiter seruatur, in iudicijs. secundum Alb. vbi supra. Adde Ioan. Hannibalem in repe. l. si infulam. num. 28. ff. de verb. obliga. verb. §. facit nam instrumentū guarentigium. Quid autem erit, cum quis habet instrumentum continens contractum conditionale, cuius conditio iam est purificata, an eo mediante possit peti exequutio? Videtur quod sic, cum de verificatio- ne conditionis possit constare in iudicio per testes, aut confessionem rei; contra quem petita est exequutio intra terminum assignatum a regia. l. 5. infra. & l. 64. Tauri. Suadetur. Nam conditio- nem iam impleta, non est contractus conditionalis, dubius, aut incertus, sed perfectus, purus, ac clarus. text. aureus, ac perpetuo menti mandandus in l. seruum communem. §. Titius. ibi, duæ puræ sunt.

Et inferius. Quippe cum & si extiterit conditio- duæ puræ sunt substitutiones secundum hæc pro- posita quæstio. ff. de vulg. & pup. Simil. in l. si pu- pillus. §. idem que. in illis verbis. Quia conditio- ne expleta pro eo est, quasi purè eis hereditas, vel le- gatum relictum sit. ff. de cond. in l. 1. potior. in si. princ. ff. qui potior. in pigno. habeantur. ibi. Cum enim semel conditio extitit, perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditio- ne facta esset. & ibi glo. verb. melius est ex hoc iure. ff. de verbo. obliga. ibi, nō ante huius- quā peti possit, quā in exploratum sit ante eam diem in Italiam Titium venire non posse, nec ve- nisse, siue eo viuo, siue eo mortuo id accidit. no- tat Alexand. omnino videndus in l. ita stipulat. la magna. colum. 2. num. 10. ff. de verb. obligatio. Bald. in l. enim testamento. nume. 6. C. de testam. manu. sit dicit. Et nota ad instrumenta guarenti- gia, quod si habent conditionē re vera purificatā, sed in iudicio nondum probatam, dicuntur instru- menta pura, & non conditionalia, licet ad execu- tionem facti nō possit procedi, donec liqueat iudici. vt. ff. de verb. obliga. l. hoc iure. Quæ lex est valde notabilis. Idem Bald. in l. si quidem. col. 2. num. 5. C. de exceptio. & præscriptio. Bart. opti- mē deducens in practica in l. 1. colum. 2. nume. 8. ff. de edend. Facit. l. fina. secundum Bal. ibi. col. 1. num. 1. C. de fals. causa adiecta legat. Ergo facta liquidatione, executioni erit mandandū per præ- missa. His etiā facit, Nam quamuis fideiusor abs- que eo, quod constet excusationem factam in bo- nis principalis, sufficit tamen quod appareat non esse soluendo, durante exequutione. Bald. nume. 1. col. 1. Et Salice. in auth. Præsentē, C. de fideiuf. so. Bald. in authen. Hoc ita si debitor. col. 2. num. 3. C. de pigno. Aretin. in l. decem. col. 2. ff. de verb. obliga. Confirmatur ista sententia ex Angel. & Aretin. in l. fina. §. Titius. ff. de vulg. & pupilla. & optimē Aretin. in l. fin. §. fina. ff. de verb. obligatio. vbi dicit, quod statutum disponēs, quod instru- menta pura, & liquida habeant executionem par- ratam habeat locum in instrumentis conditio- nalibus post purificatam conditionem. Et ista o- pinio est tenenda in casu huius legis, cum hac mo- dificatione, quod instrumentum liquidetur duo- bus testibus, nempe conditionem fuisse purifica- tam, & super hoc debet pars citari, & cum ea liqui- dari. Rode. Suarez in rep. l. post rem iudicatam. §. Quinto limita. nume. 2. fol. 144. colum. 2. ff. de re iudicat.

Extra tamē casum huius legis possit teneri cum Imo. & Alex. in l. si. §. Titius. §. de vulg. & pupil. Decio. conf. 107. col. fin. num. 2. lib. 1. Alex. consil. 109. lib. 1.

Est tamen dubium, Vtrum instrumentum lo- cationis

tionis possit exequi pro tacita reconductione? Dicendum est quod nō. Nam obligatio istius an- ni nō est sequentis, de quo nullum verbum in eo reperitur, igitur exequi minimē poterit. Bal. in l. legem. C. locat. Alex. consil. 28. Pōderatis. circa si. & in conf. 17. Viso instrumento locationis. verb. Secundo principaliter. libr. 4. Matth. de Afflict. decisi. 365. numer. 15. & ista est communis opinio secundum Ias. in l. certi conditio. numer. 21. ff. si cert. pet. Facit quod vult Bald. in l. generaliter. C. de sac. san. eccle. vbi scriptum & non scriptum, non differunt quod ad substantiā, sed quod ad execu- tionem sic: quia quod reperitur scriptū habet executionem, aliud non. & ab hac communi non est recedendum secundum Ias. in dict. §. certi con- ditio. num. 21.

Vtrum autem durante tempore ad allegandas exceptiones possit opponi exceptio proueniens ex lege. 2. C. de resc. vendi. cui est simil. in l. 4. tit. 7. lib. 5. infra. dubitari vidi. Videtur quod sic. Nā exceptio pretij non soluti obijci potest contra in- strumentum guarentigium, ergo venditor obijce- re poterit deceptum fuisse vltra dimidiā iusti pre- tij, ac in excessu non esse illi solutum, ideoque non teneri ante solutionē supplementi iusti pretij rem- venditam emptori tradere, maxime cum id velit probare statim intra tempus datum ad exequen- dum: iniquum enim est, quod quis cum detrimen- to ac iactura venditoris locupletetur, vel econuer- so, igitur admittenda erit, cum melius sit ante so- lutionem eam allegare, ac diffinire a principio si- ne repetitione, & circuitu, quā facta solutione pretij, seu rei vendita traditione, cum lex nostra de sola veritate, ac circuitu vitādo agere videatur. vt diximus in prin. alius glo. 1. Quia pluries con- tingere poterit, & non est tacta in hac materia ab aliquo quem ipse viderim, decisionem eius tan- tum propositam vobis cogitandam relinquo, for- tē Deo duce, maiorj deliberatione habita, dicitur in dict. l. 4. Nam qui potest agere a fortiori exci- pere, quia plus est agere quā excipere Bertrād. conf. 119. num. 5. lib. 2. Roland. a Valle. in consil. 62. nu. 2. ergo & in casu præmisso.

Præterea est dubium, Vtrum in casu huius le- gis possit opponi exceptio rei non traditæ? Re- spondendum est cum Ioa. Lup. in dict. l. 64. Tauri. nu. 6. ex Bal. in l. ex prædijs. C. de elictio. & Sua- rez vbi supra fol. 154. col. 3. verb. Secundum quod si petatur, quod sic.

Quid autem in exceptione reconductionis? Vi- detur admittendum fore, si de ea constare possit durante executorio iudicio, & si iudicij constare, nam omnis exceptio probabilis in continen- ti admittēda est aduersus executionem. Ioa. Lup. in d. l. 64. in fin. verb. ex Panor. in c. suscitata. de

in integ. rest. sed huiusmodi est reconductio, ergo si liquidari potest in isto sumario iudicio, reci- pienda erit, cum in executiuis possint plura, & di- uersa remedia simul & semel intentari. Bart. in l. consentaneum. colum. vlti. C. quomodo & quan- do iud. Ias. alios ad hoc latius adducens in consil. 28. num. 3. lib. 1. Præterea Philipp. Deci. ad Bald. in l. cum Papinianus. super nu. 3. C. de sent. & in- terlocu. omni. iudi. sic verba facit, que multum cō- ducunt ad decisionem huius dubij. Adde, quod si quidato negotio, ad quod actum est, non tantum locum habet reconductio, sed ea etiam de liquidis executionem impedit, & debet expectari donec negotium, de quo reconductio sit, liqueat, si faci- lē statim fieri potest, alioquin secus, iuxta dictum Baldi singula. in l. neq. verb. ex his nota. C. de cō- pensa. Et ita procedit dictum Bald. contrariū, qui si rectē inspicatur, ita modificare visus est in au- then. Et consequenter. colum. 2. nu. 10. C. de sent. & interlocu. omni. iudic. Et Socin. tenet cum Bal. simpliciter, nō facta aliqua distinctione in consil. 41. colum. 3. nu. 6. lib. 1.

Exceptio nullitatis vtrum opponi possit con- tra instrumentum, dubiū est. Et videtur quod po- terit obijci, quia ex nullo nil gigni potest, nec ef- fectus executionis produci, Confirmatur. Nam a- nullato contractu principali, & clausulæ ei acce- dentes, & sic guarentigia in eo contentæ glo. sin- gul. in l. 3. §. patronum. verb. Fauiana. ff. si quid in fraudem patroni. Socin. in l. 1. num. 102. dicit eam ordi. ff. solut. matr. Ioan. Lup. in repe. rab. de do na. inter vir. & vxor. §. 76. nu. 6. Ias. in §. fuerat. nu. 76. In sti. de actioni. & in l. certi conditio. §. num- mos. nume. 36. ff. si cert. pet. & in l. in testamen- to. nu. 2. C. de fideicomis. & in l. sub prætextu. 1. colum. fin. C. de transactio. & in l. principalibus. ff. si cert. pet. col. 3. num. 3. & in l. eius qui in præ- uincia. §. quas verō. colum. 2. num. 3. eod. tit. Qui- bus in locis vnicam singul. solennem, ac commu- niter approbatam sententiam prædicte gl. dicit. & in l. §. si vir vxori. num. 18. ff. de acquir. possess. Ripa in l. ita stipulatus. nu. 36. ff. de verb. obligat. Fabian. de Monte. in tract. de emptio. & vendi. 8. quæstio. princ. num. 5. vbi eam dicit ordinariā. & valde notandam in eod. tract. quæstio. 6. prin- num. 53. verb. vltimo est explicanda quæstio. Ca- non. in consuet. Parisien. §. 1. glof. 5. num. 31. l. fina. ff. de consti. pecuni. l. si homo mortuus. ff. de verb. obliga. l. cum principalis. & ibi Deci. ff. de regul. iur. Hippolyt. in l. qui ignorans. num. 2. ff. de fals. & in pract. crimi. §. Secunda. num. 9. tex. vbi Barto. in l. diuus Traianus. ff. de testam. milit. num. 1. sic dicit. Bart. loco proxime citato sequen- tum ab Hippolyt. in l. vnus. §. cogniturum. nume. 5. ff. de quæstio. Secundo nota ex hac lege multa.

Primo dicit statutum, quod contra instrumentum publicum non possint opponi nisi duæ, vel tres exceptiones, vel contra sententiam iudicis non possit opponi nisi una exceptio, modò ego volo probare instrumentum non esse instrumentum, vel sententiam non esse sententiam, queritur an possim opponere? Certè sic, quia prius debet constare sententiam esse, vt hic. Facit. l. 4. §. cõdemnatu. ff. de re iudi. Hactenus Bar. loco citato. Colligitur ex traditis melius quam alibi per Rip. in. l. 1. §. si quis ita. colum. 11. numer. 39. ff. de verborum. ex quo optinè resolues hoc dubium derelictum à Cifontan. in. l. 64. Tauri. quæst. 12.

Quid autè si nullitas procedit ex falsitate? Respond. vt huc quod sit admittenda. Et an, & quado exceptio falsitatis impediatur executionem in instrumenti, scripsit Iaso conf. 87. vol. 1. Facit gl. in Cle. vn. de seq. poss. & fructu. dicens exceptionem pro uenientem ex defectu causæ efficiens semper al legari posse. ordinaria, & approbata secundum Soci. conf. 174. colum. 10. numer. 14. libr. 2. sed falsitas inducit nullitatem in causa prima, & fundamẽtali instrumenti, igitur merito objici posse hic statutum est. ¶ De exceptione solutionis vide quæ dixi in. l. 1. gl. 1. supra hoc tit. ¶ Præterea ex istius legis dispositione apparet pactum de non petendo objici posse aduersus creditorem, cum ex prædicto pacto etiam nudo stãte lege. 3. supra eo. fuerit extincta omnis obligatio ciuili, ac naturalis, cum hoc iure regni eiusdem virtutis sit pactum nudum, cuius est de iure ciuili stipulatio, quæ per aliam tollitur ipso iure. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. igitur per argumentum receptum à subrogatione idem est dicendum operari si fiat liberatio per pactum nudum, etiam si precesserit contractus solennis verborum, qui stipulatio dicitur, cum pactum quid iuris contineat, attento iure Canonico. c. 1. de pact. vbi Fortun. col. si. nu. 42. igitur & de iure regio, ideoq; rã quæ petiti absq; actione repellendus erit à iudicio. gl. in. l. vbi pactu. C. de transact. ac executio nulla erit. pñitiada.

Quæro, Vtrum exceptio pretij non soluti, possit opponi, stante hac regia lege de exequendis contractibus guarentigijs? Respondendum est affirmatiuè posse. argu. tex. in. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emptio. Bald. in. l. p̄dij. C. de euictio. Ludo. Roma. per tex. ibi in. l. eum qui. §. si iuraue. ro. numer. 3. & in. l. si duo patroni. §. si quis iuraue. rit. num. 13. ff. de iure iurand. Est opinio communiter recepta secundum Francisc. de Areti. in. l. si licet. colum. 1. C. de colla. Quod cõfendendum est verbum notandum in actu practico. Anto. de Canario de executio. instrumento. quæstione. 27. nume. 59.

Quæro, Vtrum exceptio compensationis sit

admittenda? Et videtur qd sic, cum solutioni æqui parata sit, loco que eius habenda sit. l. amplius nõ peti. ff. rem ratam hab. cum traditis in cap. ad no. stram. i. de iure iurand. Probat tex. in. l. si cum militi. §. cum intra diem. ff. de compensatio. Alex. in additioni. ad Bart. in. l. 1. super verb. potest opponi. C. de iur. & facti ignor. Et iterum ad Bald. in. l. cum Papinianus. verb. excommunicatus. C. de sent. & interlocut. om. iudi. Tangit Bald. conf. 201. incip. Punctus. num. 2. lib. 4. expressius probat Paul. Parisi. conf. 121. colum. 3. numer. 18. libr. 1. Matthæ. de Afflictis dec. 121. incipi. Fuit dubitatum. nume. 3. Panormi. & Felin. in. c. suborta. de re iudi. Angel. conf. 132. Quidam nobilis Nicolaus. Anto. de Butrio in capit. bona fides. deposit. Rom. conf. 76. Alexand. in. l. si duo patroni. §. si quis iuraue. rit. ff. de iure iurand. Cifontan. l. 64. Tauri in quæstio. 10. Alexand. de Imol. conf. 12. colum. 3. nume. 13. libr. 2. Philipp. Corne. conf. 79. incip. Circa primum & magis principale. colum. fin. num. 19. libr. 1. Auiles in capitibus prætorum. cap. 10. verb. executio. num. 7. Guido Papa dec. 171. colum. vltim. & decisio. 174. in fin. Rursus in commentarijs statuti de literis compulsorijs. vbi dicit vidisse se semper obseruari. & Iacob. Rebuff. in. l. nemo carcerem. C. de exacto. tributo. lib. 10. Baberi. in tract. de virtute iuramenti. numero. 33. Bertrand. conf. 289. Tria. colum. 1. lib. 2. & Andra. Tiraquel. de vtroque tract. lib. 1. §. 3. glo. 3. nu. 4. & Tindarus in tract. de compensationi. art. 7. num. 22. Per istam legem non intelliguntur exclusæ exceptiones iustæ, & validæ, sed finolæ tantum, & inanes. Casus singularis arguendo de rescripto ad statutum in cap. ex parte. 2. de offi. delegat. sed exceptio compensationis est valida, ac præsupponit liberationem ipso iure, igitur nõ cõfetur exclusã ab ista lege, cum infra decem dies de beat liquidari, qui assignantur ad allegandas exceptiones aduersus executionem. Et hanc sententiam absque dubio tenendam fore existimo hodie in praxi, attenta. l. 5. infra eo. & l. 64. Tauri. ac. l. 20. tit. 14. part. 5. vbi in terminis huius legis idẽ firmat Greg. Lop. verb. *fasta diez dias*. Hippol. singu. 208. Compensatio. Ias. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. num. 18. ff. de pact. Boeri. q. 14. col. si. num. 10.

Quotidianum dubium censerit solet, An exceptio non numeratæ pecuniæ sit admittenda aduersus instrumentum guarentigium? Cifontan. eam mouet, ac more solito dicẽdo recipere distinctionem, in decisam reliquit in. l. 64. Tauri. quæst. 24. referendo se ad Bald. in. l. sub specie. in fi. C. de postuland. Tamen quod sit admittenda, & ita semper se obtinuisse egregiè, ac plenè probat Roderi. Suarez per plura fundamenta in rep. l. post re iud. fol. 150. numer. 12. ff. de re iudicat. Bald. in tra-

cta. de

cta. de statutis. verb. instrumentum. nume. 18. vbi singulariter loquitur, ac idẽ probat. Verum enim vero quia in executionibus plerumque hæc exceptio non numeratæ pecuniæ opponi solet, ideo plura scribere decreueram, nisi ea optime scripta reperissem à Petro Rebuffo in commentarijs ordi. reg. Gallia. 1. part. tract. De chirogra. & schedularum recogniti. in prin. pag. 208.

Vfurarum exceptio etiam obstat executioni instrumenti, vt in hac lege constat. Quam quæstionem absque resolutione mouit Cifontan. in. l. 64. quæstio. 1. in ordinatio. Tauri. Et quod impediatur, probat Iaso. in. l. 1. col. 5. num. 21. C. de sacrosanct. eccles. loquendo in laudi instrumento. Bald. in. l. consulta diuina. C. de testament. dicit iudicem ecclesiasticum posse inhibere, ne lice pendente super vsuris instrumentum exequatur. Tradit Laurenti. de Rodulphis in tracta. de vsuris. quæst. 114. nume. 22. in nono volumi. tracta. diuers. doct. Huic sententiæ etiam accedit Imol. in cap. cum in iure. de offic. delegat. maxime cum vsura apparet extenore instrumenti, quo casu dicitur patens. Panormi. in. c. cum olim. col. 2. de censib. & mani festa. teste Barb. in cap. si diligenti. colum. 6. de foro comp. quo casu absque dubio nõ erit exequendum. Clem. vni. de vsur. ibi. solui nedũ conceditur, sed ad soluendas eas debitor scienter cõpellunt. Et paulo inferius in. §. Nos igitur. dicitur. Aut, qd soluantur vsuræ, vel quod soluta cum repetitur, non restituantur, plenè, ac liberè scienter iudicare præsumpserint, sententiam excommunicacionis incurrant. Igitur contractus vsurarius obstante exceptione vsurarum non erit exequendus, imò creditor erit puniendus poenis impostis vsurarijs, vt in. l. 8. tit. 2. lib. 8. infra. vbi latius agam de eis. Et super vsuræ cognitione si non constat de facto, remittenda erit ad iudicem ecclesiasticum. iuxta notata in cap. cum sit generale. de foro comp. Clem. Dispeditam. de iudi. Adde quæ not. Matthæ. de Afflictis decisio. 30. & Rebuffus in tracta. de literis obligatorijs. articulo. 2. glo. 1. nume. 22. vbi tenentes contrariam opinionem citat.

Vtrum executio per instrumentum guarentigium peti possit à iudice antequam constet de mandato procuratoris ad executionem petendã? Respond. est cum Roderi. Suarez in repetitione. l. post rem iudicatam. quæstio. 3. fol. 161. ff. de re iudica. §. quia supra visum est. Sic breuiter, & conclusiue executionis præceptam tunc demum debet pronuntiarì à iudice, cum ei constat de mandato principalis contenti in tali instrumento, cuius nomine petitur executio fieri. In iudicio enim quantumcumque summario requiritur plena legitimitas personæ, si petatur. vt notat Bald. in. l. secunda. C. de edict. diui. Adria. Didacus del Castil-

lo hanc conclusionem in expresso tenet in. l. 64. verb. *de los creedores*. numer. 81. in ordinatio. Tauri. De hac re latius per Roderi. Suarez vbi supra. qui optime loquitur. Adde Rebuffum de literis obligatorijs. articulo. 2. glo. 1. num. 17. versi. Quare tò procedit.

Ad executionis pronuntiationem, vel obstat, quod is, qui executionem petit, uel cuius nomine petitur, non est in instrumento nominatus, nec est hæres, aut successor, aut causam à creditore habens, de qua constat, ideoque eam petens repellendus erit. l. ad probationem. 1. C. de probationibus. l. Iulianus. & l. si sim stipulatus. & vtrobique Iaso. ff. de verborum obligatio. Bald. in. l. vna. C. quorum lega. Alexan. consil. 126. in fin. lib. sexto. Hercula. in. l. in ratione. §. si filio. colum. 8. ad leg. Falcidiam. Bald. in. l. si pro te. C. de dot. promissio. Iaso in. l. si quis nec causam. numer. 10. ff. si certum petatur. Decius in capit. cum teneamur. in fi. de appellatio. Ideoque petens executionem, iudici aperire debet, vtrum sit creditor nominatus in instrumento exequendo, vel successor habens causam legitimam ab eo, propter quam constat se petere executionem bonorum. Quo fit mulierem non contentam in instrumento filij, cuius hæredem se esse dicit, si se hæredem non ostendat, & titulum suæ petitionis aperiat, repellendam esse à tali petitione, cum non sit nominata in instrumento. Et in facti contingentia his proximis diebus in causa ardua ita pronuntiarì vidi à prætore huius ciuitatis, & bene, per præmissa.

Deducitur secundò instrumentum cõceptum nomine mariti sine commemoratione vxoris, ea mortuo, non fiet executio pro dimidia, instante vxore, quæ sibi competit, si est lucrum constante matrimonio habitum inter coniuges ex consuetudine, & iure, vt constat infra libr. quinto. titulo. 4. in. l. prima. Quippe cum non habeat ius cessum à marito, & quia non est scripta in instrumento. Si tamen fuerit conceptum nomine vtriusque, poterit nomine alterius vtriusque, & sic vxoris exequi. Imbert. Rupella. in forensibus institutis. pagin. 21. Masueri. de executionib. §. Item nota quod quãuis in sua practica. Tradit Rebuff. in tracta. de literis obligatorijs. articulo. 1. glo. 9. numero. 29. pagin. 72. in. 1. tomo constitut. Regiarum Gallia.

Vtrum autem contra clericos instrumentum guarentigium exequi possit? Videtur dicendum executionem fieri posse. ex eo, quia sicut clerici laicos compellunt per executionem, & iuuantur ista regia cõsuetudine, ita & contra eos executio fieri poterit. argu. text. in cap. si in adiutorium. distin. 10. & rubri. ff. quod quisq; iur. & cap. cum omnes. de cõsti. Bal. in. l. in fi. C. de contrahen. emptio.

R r 5 dicit,

dicat, quod dum clerici volunt vti statutis laicorum quo ad commoda, debent etiam ea seruare quo ad onera. Idem etiam tenet ipse Bald. in l. omni, in fi. C. de sacrosanct. eccle. Ita tenet Bart. in l. cunctos populos. numer. 29. col. 1. 1. versic. subijcio exemplum. & ibi Bal. numer. 10. C. de fum. trinita. & fide catholi. Et consilium in terminis reliquit Socin. consil. 97. Abundè & subtiliter. colum. 2. numer. 3. lib. 1. Facit quæ tradit Gullel. Benedic. in rep. cap. Rainutus. verb. & vxorem nomine. decis. 2. numer. 125. de testam. Bald. in consil. 227. Honestus vir. colum. 1. nu. 4. lib. 1. tex. secundum Aret. ibi. colum. 2. numer. 2. in capi. ad nostram. de probatio. Antoni. & Aretin. in capi. quod clericus. colum. 3. versic. Sed dubiū pulchrum est. nu. 13. de foro comp. Latè Ioan. Baptista de sancto Seuerin. in repet. d. l. cunctos populos. numer. 85. Philip. Franc. in regula Possessor. de regulis iuris. lib. sexto. colum. 4. nume. 11. versic. facit etiam quod dixit notabiliter Bal. Ioan. Lecerier. in tract. De primogenitura. q. 6. 54. lib. primo. numer. 16. versic. sed in contrarium. Rebuff. in tractat. de literis obligatorijs. articulo. 2. gloss. 1. numer. 8. Roderic. Suarez in repet. l. post rem iudicatam. fol. 136. colum. 2. extensione. 8. ff. de re iudicat. Calcane. consilio. 7. Quibus suffragatur text. in cap. cum uenissent. de eo qui mit. in poss. causa rei seruati. & in capitul. consil. de in integr. restitutio. Ratio tamen adducta à Bart. in dict. l. cunctos populos. frequentiori consensu reprobat. vt colligitur ex Roch. Curt. in repetitio. capitul. fina. de consuetu. quæstione. 11. princi. Felin. in capit. ecclesia sanctæ Mariæ. nume. 81. & Deci. num. 50. de consil. & Couar. nouissimè lib. pract. quæst. cap. octauo. numer. 5. versic. Quinta conclusio. Qui veram nihilominus existimat opinionem Bart. in casu huius Regiæ legis. nam lex Regis, aut Principis iura Imperij habetis, quæ generalis est, & ius commune in toto Regno, nec dānum infert speciale clericis, aut ecclesijs, est erga clericos etiam in foro ecclesiastico seruanda, cum non repugnet legi Canonice, ac ad eam esse recurrendum. Quod probari solet ex capit. 1. noui operis. nunti. Et visum est Ioan. Imol. in cap. continebatur. numero. 8. colum. vlti. de his quæ fi. à prælat. sine consensu. capit. Hosti. & Ioan. Andræ. in capi. vlti. de solu. la. in l. quotiens. nu. 24. C. de re uend. diximus supra libro. 1. in proemio. quæstione. 3. Igitur ista Regia lex condita à Catholico Hispaniarum Rege, qui apud eius subditos ius habet Imperij, & quæ generaliter statuisset constat instrumenta publicam habere executionem, etiam aduersus clericos vim habet, cum non inferat præiudicium notabile clericis, nec, vt dixi, directo contraria canonibus, ac sancitis sanctorum patrum sit. Imò talis lex cum his conditionibus,

& qualitatibus videtur recepta, & approbata à summis Pontificibus. capitul. primo. noui operis nuntiatio. capit. primo. de iuramen. calum. cap. venientes. de iure iurand. capitul. inquisitionis. de hæreti. libro. 6. Fortun. Garfi. in tractat. De vltimo sine vtriusque iur. illatio. 14. Couarru. in Epitome. 4. Decretaliū. 2. parte. capitu. 6. in princip. numer. 20.

Intellige tamen hanc executionem petendam coram iudice ecclesiastico ipsius clerici, ac coram ipso discutendam esse. vt colligitur ex Bart. & alijs supra citatis. Nec vnquam visum, seu auditum fuisse contrarium firmare possumus cum Couar. in practi. quæstio. capi. 8. colum. penult. qui dicit his accedere, quod etiam si apud Gallos clericus cogatur à iudice seculari chirographum, seu schedulam suam agnoscere, postquam tamen agnoverit, causa est ad iudicem ecclesiasticum deferenda, vt ipse cogat clericum soluere pecuniam debitā, sicuti firmant Pyrrhus in consuetudi. Aureliensis. titul. De executione instrum. capit. 20. Imber. Ruppell. in forens. instrum. capit. 24. Rebuff. in tractat. De chirographis. articulo. 2. gloss. 1. numer. 10. in 1. part. consil. tit. Regiam Gallie. Quæ quidem sententia etiam habet locū, cum petitur executio instrumenti publici aduersus clericum hæredem laici. vt probat Couar. vbi supra. c. 8. versic. Fortassis in casu.

Dubitari poterit, an recusari possit iudex executor coram quo petitur executio instrumenti? Et videtur, quod possit ex eo, quia ipse debet pronuntiare exceptiones allegatas coram ipso ad mittendas, seu repellendas fore, & sic habet potestatem damnificandi partes, quæ cum timet se iure non processurum ex aliqua causa, vt sæpe visum est, quod culpa istorum executorum, ac propter eorum imperitiam executiones multum dilatantur, ac partes laboribus, & expensis vexantur, ideoque etiam in causis summarijs vigent rationes, propter quas licitum est recusare iudices, de qua reculationum materia habitum est supra. l. 1. titul. 5. isto lib. 3. ergo idem ius versari debet. l. his folis. C. de re uoc. donat. Et ita seruatur. Nam isti plus quam meri, & nudi executores sunt, cum habeant facultatem pronuntiandi, & sic iuris cognitione, ergo recusari poterunt. gloss. verb. debuisset. in ca. nouit. de appellatio. vbi Imol. Panor. & Preposit. col. fin. num. 7. Archidia. & idem Preposit. in §. ab exequutore. 2. q. 6.

Dubitatur cui sit committenda executio? Respon. Algazello, & non officiali inferiori. l. 19. tit. 14. lib. 2. supra. vbi dixi.

Quæro, quæ iura debeantur exequutori ratione executionis? Respon. quod decima totius debiti, pro quo est petitum, quod fiat exequutio. l. 2. titul.

21. tit. 14. lib. 2. supra. vbi aliquas singulares quæstiones proposui, quæ pertinent ad intellectū huius. l. 4. & quotidiè in practica versatur. Et de decima vide Auilesin capitibus pratorum. ca. 9. verb. derechos. fol. 139. col. 1.

Dubitatur, Aliquis recepit mutuū, seu aliquam rem ad creditum, stante lege regia eo loco, quo fecit contractum, annullate ipsam obligationem, ac contractum talem factum ad creditum: petita fuit executio in alio regno, in quo valide quis potest contrahere ad creditum, est dubiū, si obijciatur de nullitate loci contractus, an repellat agentem ab executionis effectu, & sic sit pronuntianda nullitas? Respondendum est, exceptionem nullitatis pronouentē ex iuribus, ac legibus loci contractus quo ad decisionem, & validitatem obligationis seruandam fore, etiam in loco, vbi non sunt tales leges annihilantes similes contractus, & obligationes, quo petitur fieri executio. Quo ad ordinationem vero, & processum causæ statuti loci, in quo lis iagitur, seruanda sunt. Bar. Bald. Baptista de sancto Seuerino. nu. 132. & omnes in l. cunctos populos. C. de fum. Trinita. c. quod clericis. cum glo. Antoni. & Panor. de foro. competen. Angulli. Berouis quæst. 115. Illud quæsitum est, an statutum, quod mercatores. nume. 5. Dixi supra in rubric. De iudicijs. quæst. 8. col. 731. Soci. consil. 71. nu. 7. lib. 4. Quod est singulare, cum aliquis vult se tueri remedio legum, maxime. l. 22. condita in curijs celebratis in oppido de Madrid, anni 1528. ibi, *no condenen, ni executen en las tales personas, ni en sus bienes, ni en los de sus fiadores lo que assi deuieren de los dichos juegos a credito o fiado, que por la presente damos por ningunas qualquier obligaciones, scripturas, o promesses, que las tales personas cerca dello fizieren. Similiter si allegauerit nullitatem ex. l. 78. in curijs Pincie anni 1555. ibi, *è qualesquier contractos è fianças, è seguridad è mancomunidad que sobre ello se fizieren, è otorgaren, con qualquier clausulas, è firmas, en qualquier manera, è todo sea ninguno, è por virtud de ellos no se pueda pedir en juicio, ni fier a del, en ningun tiempo cosa alguna a los dichos hijos familias, ni menores, ni principales pagadores, ni a otras qualquier personas, que por ellos se obligaren, en su nombre lo sacaren, è tomaren, è sean hechos. Et c. Huiusmodi leges sæpe sunt in praxi, & iudex tenebitur condemnare creditorem, ac executio neni nullam pronuntiare per prædicta iura. Vide quæ dixi circa interpretationem dict. l. 78. in l. 1. in gloss. 1. supra isto titul. Quæ omnia sunt quotidiana, ac bene notanda in practica. Adde Feder. Sen. consil. 85. colum. 1. ad finem.**

Vtrum autem impediatur executio instrumenti ex eo, quod in eo sit iuramentum interpositum? Respondendum est quod sic. l. 6. titul. 1. supra isto 3. libro. ibi. *è quella obligacion non vala, ni haga fe, ni*

prueba: è mandamos a todos è qualesquier justicias que no la executen, ni manden, ni hagan executar. Quæ n tentia ex eo probanda est: quia executionis beneficium processit in hac Regia lege à Catholico rege Ferdinando, similiter etiam improbatio iuramenti, ac inhibitio, de qua in dicta. l. sexta. igitur transgressor legis non debet eius beneficio vti. Paulus Castren. in l. qui bona. §. de illo. numer. 5. ff. soluto matrimonio. capitul. bona. 1. de electio. capitul. fina. de immunita. ecclesi. capit. quia frustra. de vsuris. l. auxilium. ff. de minorib. Cum igitur iste contractus iuramento firmatus ad frustrandam iurisdictionem Regiam tantum directus, sit inimicus legi, non debet ad privilegia eiusdem Principis peruenire. l. 3. §. fina. ff. de adimendis legatis. notat insigniter Bald. in l. 2. colum. 4. versic. super secunda quæstione. Barto. ff. de iure iurand. Rodericus Suarez in repetitio. l. post rem iudicatam. §. decimo limita vbi iuramentum. ff. de re iudicat.

Vtrum autem idem sit respondendum in schedula recognita à debitore in iudicio, quod sit sum mariè, ac executinè procedendum, quemadmodum diximus in publicis instrumentis? Respondendum est affirmatiuè. l. 126. in curijs Madritijs anni 1534. & in curijs Toletijs, anni 1560. fol. 41. vbi idem dispositum est in confessionibus: quidvis habitis in iudicio. Facit, nam scriptura recognita à parte, eandem vim, ac potestatem, cum negari iam non possit, debet habere, quemadmodum scriptura publica. l. Publica. ff. de positi. l. cum de indebito. ff. de probationibus. l. cum antiquitas. C. de testament. notat Barto. in d. admonendi. numer. 26. ff. de iure iurand. & in l. 1. scripturas. qui potio. in pigno. habeat. Alexand. consil. 191. colum. prima. lib. secundo. Couar. lib. 2. variarum. capit. 11. numero. 4. l. 118. titul. 18. part. 3. Rebuff. in tract. de chirographorum & schedularū recogniti. in 1. part. consil. titio. Regiarum Gallie. qui singulariter declarat. l. 126. præcitata ibi. vbi est similis constitutio regni Franciæ à pagin. 179. vsque ad. 219. inclusiuè.

Pulchrum autem dubium se offert, Vtrum scriptura priuata post recognitionem habeat executionem, ac prælationem à die, quia fuit inter partes celebrata, vel à die, qua habuit vim executiuā, & sic à die, qua fuit recognita, seu in publica forma redacta? Videtur quod à die, in qua fuit obligatio orta, & sic tempore, quo fuit celebratus contractus, in quo sumplit originem, substantiam, & formā, & sic retrorahatur recognitio ad tempus celebrati contractus. cap. cum quis. de senten. excom. lib. 6. reg. ratihabitio. de regul. iur. lib. 6. Suedetur. 2. Nam scriptura priuata, seu confessio redacta in publicam formam, vim executiuam habet, tan-

etiam omnem obligationem, quae ex consensu alicuius volentis se obligare in utilitatem alterius provenit. Et sic nudum pactum, & obligatio naturalis redacta in scriptis habebit executionem. quia verbum, obligatio, simpliciter prolatum, intelligitur de naturali, & civili obligatione. l. si is cui. §. Flavius. ff. de solutio. Bald. cum dixit vnicum in capit. Quintavallis. in fine colum. de iureiurand. & de efficaci obligatione. l. vel obligatus. ff. de liber. causa. Baldus in l. ait Prator. §. pupillus. ff. de negot. gest. ubi dicit non habere executionem pactum nudum, cum statutum non loquatur de obligatione in iudiciali, & inefficaci continente tantum obligationem naturalem. Tamen in hac regia lege voluit tribuere privilegium executionis non solum in instrumento continente obligationem vel debitum. Quia verba inducere videntur tam civilem, quam naturalem obligationem, sed etiam voluit omnem aliam obligationem in scriptis propositam etiam per pactum nudum, & seclusa solennitate iuris contractam, seu derivatam comprehendere. Notandum etiam est contra obligatum nudo pacto per instrumentum guarantigium procedi posse via executiva, quia literis vestiri videtur, ac legitima conventio est, cum lege firmetur. l. legitima. ff. de pactis. docet Bald. in l. secunda. in fine. C. de executio. rei iudica. Petrus de Rauen. in alfabero. verb. statutum. in fine. Imol. in l. fin. nume. 3. ff. de quib. appell. licet, vel non licet. lazo rationes huius dicti assignat in dicta. l. legitima. colum. 2. numero. 5. & 6. quantum recedat ab illa Bald. sententia in dicta. l. secunda. tamen cum sequitur Rebuffus tracta. de literis obligatorijs. art. 2. glossa. 1. numero. 15. in 1. parte constituit. Regiarum Galliar. qui dicit hoc non esse necessarium ad notare, ex eo, quod notarij solent stipulationem in instrumentis inscribere, ut vix instrumentum notarij inveniatur nudo pacto factum, & nusquam vidisse vnum ait sine stipulatione a notarijs confectum. Aliquantum tamen bonus saepe dormitat Homerus. Ideo est notandum, quod nudo pacto promissum in instrumento exequendum est secundum praemissos doctores. & Bald. in opere statutorum. verb. in instrumentum. nume. 16. & in l. si causam. in fin. ff. de exceptio. rei iudica. Suarez in repe. l. post rem iudicatam. §. sed pro evidencia. nu. 5. & num. 25. ff. de re iudica. Et quod promissiones nuda abque solennitatibus iuris civilis, & sic pacta nuda sint exequenda de iure regio constat, cum firmetur a lege. 2. supra eo. & sic in eis concurrat obligatio naturalis, ac legis Regiar. & omne pactum dicatur contractus. gloss. in l. 1. verb. figuris. ff. de actio. & obligatio. nota. secundum Segur. ubi ad eum plures eam laudantes adduxi in repe. l. quemadmodum. nume. 78. ff. de ac

quiren. possess. Hierony. Caspol. in repe. l. si quis maior. nume. 31. C. de transactio. Singul. secundum laf. in l. naturalis. in princ. numer. 3. ff. de praescri. verb. auream dixit Christophor. Porc. in princ. In l. lit. de obligat. colum. 2. nume. 2. Ergo etiam ad pactum ex vi verbi, contractus, positi in hac lege venire debet omnis pactio, etiam nuda a iuris solennitate.

Quid autem erit in quasi contractibus, seu distractibus, vtrum quis possit compelli ad observantiam promissionis in tali instrumento contentae via executiva? Videtur quod sic, cum ibi quis ex sua pactione fuerit obligatus, ac de animo se obligandi constet per regiam. l. 3. supra eo. ac proinde comprehenduntur sub isto verbo in nostro textuposito, obligationes, per praedict. l. omnem. ff. de iudic. Tum etiam, quia ratio, ut celerius negotia expediantur, viget in his quasi contractibus, seu distractibus, de qua in superiori gloss. dixi, ergo non debet diversio iure censi, sed vno complexi, cum sit eadem rationis. l. 1. illad. ff. de acquirenda heredita. l. his suis. C. de reuocand. donatio. Et leges loquentes in contractu, proprie sumpto vocabulo, si vna, eadem queratio versatur in contractu, quae in quasi contractu, venit quasi contractus. Et ita procedunt iura, quae quasi contractum comprehendunt nomine contractus, ut in l. interdum. §. ultimo. ff. de iudic. l. sed & cum aliquis. ff. de negot. gest. quae loquuntur de gestione negotiorum, quae haud dubie quasi contractus est. & l. ultimo. ff. in quibus causis pigno. vel hypothe. taci. contr. & l. ex contractibus. ff. de actio. & obligatio. quae loquuntur de tutela, quae & ipsa quasi contractus est. & l. apud Iulianum. §. ultimo. cum. l. sequenti. & l. eandem rem. ff. de duobus reis. quae loquuntur de aditione hereditatis. gloss. in capit. ultimo. & ibi Panormita. de foro competent. dicunt, quasi contractum, largissime contractum dici, trahere tamen constitutionem illius capit. loquentem de foro ratione contractus ad quasi contractum. Hinc gloss. in authentic. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. trahit eam loquentem de contractu, ad quasi contractum, nemp ad iudicium. ubi Iacob. de Rauen. Bartol. Angel. & ceteri omnes idem asseruerant. Specula. de actore. §. 1. versien. Sed quid si iuravit. Tradit Andrae. Tiraquell. hanc communem, dicendo post leges conubiales. glo. 5. num. 208. fo. 293. colum. prima. Et quod dispositio dict. authent. Sacramenta puberum. habeat locum in distractu, est communis secundum Segur. in repetitio. l. quemadmodum. numer. 78. versicul. ex quo etiam inferitur. ff. de acquirenda. possessio. ad idem est decisio Petri de Ancharra. in capi. Romana. §. contrahentes. de foro competent. dicentis illum

lum text. qui loquitur in contractu, habere locum in quasi contractu; & hoc regulare in omnibus casibus esse, tradit Arcetius in l. impossibile. colu. prima. ff. de verborum obligatio. Sin autem diuersa ratio esset in quasi contractu, quae esset in contractu, non extenderetur dispositio de vno ad reliquum. & ita procedit. l. 2. §. omnes. ff. de iudicis; in dicta. l. de eo. eod. titul. Nam in primo loco legati donum reuocant, nisi contraxerint, ubi conueniuntur in secundo vero non prohibentur reuocare, licet hereditatem adierint. l. 1. §. tutores. versicu. & si iure. ff. de fall. ubi si interdicitur a lege contractus, non propterea prohibetur hereditatis aditio: nam appellatione contractus, non venit quasi contractus, nisi largissime. glossa in capitul. fina. verb. seu contractus. de foro competent. Quae iura, & similia procedunt data diuersitate rationis, prout dixi. Sed in specie proposita viget eadem ratio in quasi contractu, & distractu, igitur disposita in contractu, habebunt locum in quasi contractu seu distractu. De quo articulo videnda sunt, quae tradidit Tiraquell. in dicta gloss. §. & nos remissiuè ad Seguram in dicta repetitione. l. quemadmodum. numero. 76. & l. 55. in ordina. Tauri. Ioan. Baptista Caccialup. in tracta. de transactio. quaest. 4. num. 3.

Compromissor. Compromissum, id est, sententiam latam iudice, iuxta formam instrumenti, in quo continetur commissio data arbitris. vt hic. & in pragmat. 42. capit. fin. Regum Catholicorum. Facit. l. 35. titul. 4. part. 3. quae lex tota loquitur in arbitro secundum Gregorium Lopez. ibi. verbo. *ah juez ordinario.* & l. 23. eiusdem titul. in arbitrato. re. Vtraque tamen sententia tam arbitri, quam arbitratoris, seu amicabilem compositoris est hodie executioni mandanda, iuxta formam dict. pragmat. 42. capit. fina. Et est lex Caroli Caesaris olim Hispaniarum regiam sic declarans in Curijs. Toleti anni 1538. peticio. 8. sic dicens in responsione: *«esto vna respondemos, que nos parecien, y declaramos, que ha dicha ley ay a ligar en qualquier arbitro, o arbitror nombrado de consentimiento de partes. Dubitatur, vtrum compromissa sortiri debeant naturam transactionis, & sic contractus? Gloss. in authentic. vt differunt iudices audi in princip. verb. consentum, colla. 9. tenet partem affirmatiuam, ubi Bart. eam sequitur. nume. 5. sic dicens, Nota, quod arbitramentum non est sententia, sed quaedam transactio. Ita habes ex gloss. hic super verbo consentum, quod dicitur in notenti. Innocent. in capit. Quintavallis. colum. 1. num. 11 de iureiurand. Ancharra. consil. 43. incip. Primum elicimus, colum. 2. nume. 2. & 21. secundum Panormita. ibi. colum. 2. nume. 2. versicu. Secundo nota quod arbitrium in ca. fina. de re. permut. Et tenent omnes in anthi*

Si vero contigerit. C. de iudic. secundum Curti. in libemus. colum. 1. numer. 1. C. de transactio. Ioan. Baptista. in tracta. de arbitris. capit. 8. libr. primo. numer. 5. ubi praedictam gloss. authentic. vt diff. iud. dixit singularem. Et moderni expressè tenent, quod est proprie transactio, teste Ioan. Baptista. Caccialup. in tracta. de transactio. quaestione. 3. numero. 4. & ibi reputat istum articulum quotidianum. gloss. & ibi Imol. nume. 6. colum. 1. in ca. exposita. de arbit. Bald. in consilio. 191. incipient. In testamento. colum. 1. num. 2. versu. sed compromissum arbitratorum. libro. 2. Deci. in l. transactionis. col. 1. nu. 3. & col. 2. nu. 7. C. de transact. & ibi Curti. col. 1. nu. 6. Corne. consil. 148. col. 1. nu. 2. & col. 216. lib. 1. nume. 4. lib. 2. & consil. 290. colum. 1. eodem libro. i. Quae tamen conclusio accipienda est largo modo, non tamè proprie, & strictè, inò multum differant. Bartol. in l. quod si Ephesi. §. final. ff. de eo quod cert. loco. Ial. plures ad hoc citat doct. in §. omnium. colum. 3. numer. 18. versicu. Nota primò. In l. de actio. & ibi Ludo. Gomez. colum. 3. nume. 9. dixit hanc communem opinionem, allegatque ad idem plures, qui hanc sententiam tueri conantur. Declarat optimè Philip. Deci. consil. 60. incip. Vilo themate, & consideratis omnibus, quae in presenti consultatione proponuntur. nume. 3. colum. 3. libr. 2. Ioan. Bapt. Caccialup. in tracta. de transactio. quaest. 3. colum. 2. num. 4. & Paul. Parisi. consil. 24. numer. 118. versiculo. Vterius suadet, nam licet doctores dicant compromissum. libro. 2. Ex quibus poteris aliqua in medium inferre, maxime ex Decio, & Paris. locis praecitatis. Deducitur etiam, quod si ex forma statuti. esset solueda gabella de transactio, non haberet locum in compromisso, quippe cum non sit proprie transactio, per praemissa. Bertachin. tenet hanc illationem in tracta. De gabellis, seu vestigialibus. 3. membro octaue partis. De gabellis contractuum. q. 6. vigesimo secundo. numero. 33.

Cum sententia arbitratorum habeant hodie executionem, qui quae in modo in instrumenta quarentigia, est dubium, an ad illam executionem petenda requiratur libellus. Videtur quod non, cum sit iudicium summarium, & in his absque libelli propositione sit procedendum a iudice. saepe de verborum significatione. Bartol. in l. iudere cauere. num. tertio. colum. 2. ff. de iur. om. iud. equiorum. ac veram dixit Suarez in repetitione. l. post rem iudicatam. notat. 2. folio. 114. colum. 3. ff. de re iudicat. eodem munem dicit Felin. post Socin. in capit. 1. de libelli obligatio. colum. 3. numero. 7. Iasquin. in tra. ff. de re iudica. & istam sequitur Gregorius Lopez in l. 1. verbo. *del que dia.* titulo. 27. part. 3. & est bona opinio, ne licet ex libellis oriantur, & senten-

sententia celeriter executioni mandentur secundum eum, quavis contrariam comuniter teneri firmet & Rip. in d. l. intra. nu. 3. & sic procedit iudex visa sententia una cum compromisso interloquendo & precipiendo, quod soluat iuxta. d. l. si. in ordina. de Madrid. arg. glo. verb. sententia. in. s. at ex contrario. Insi. quibus alie. licet vel non. gl. verb. decreto. in au. h. de hære. & falci. s. non autem. Et sic inter has duas opinioes contrarias tenebis prior remper hanc. l. & l. si. de Madrid. Cartera, que hic sunt annotanda, videnda sunt per Ioan. Baptist. Persinum, ac Lanfranc. de Oriano in suis tracta. de arbitris. volum. 1. secundum vero posteriori rem impressionem. 3. Et Rebuff. in. 3. tomo. in constit. Regias Gallia. tractat. de arbi. & arbitratores. Mo. taluus in. l. 4. verb. *pleyto de justitia. titul. 17. part. 3.* 3. Auiles in capitibus Pratorum. cap. 10. verb. *execucion. nume. 9.* Roderi. Suarez in repet. l. post re iudicatam. s. Est alius casus in sententia arbitrato. ris. fol. 124. colum. 2. ff. de re iudicat. Habet etiam executionem transactio facta coram iudice, vt per eum vbi supra. colum. quarta. versiculo. Item est alius casus.

¶ Sententias. Quantum ad harum executionem nullum ius nouum hic statuitur, cum sententia de iure communi executionem paratam habeat. l. 4. s. si ex conuentione. & l. post rem iudicatam ff. de re iudica. vbi Suarez. colum. 1. versicul. Nota primò. Additamen. quo ad exceptiones impedientes executionem, & quo ad tempus prolationis earum, & exclusionem imploratoris officij iudicis. vt in infra. verb. *ni defension. iuncta. l. quinta. infra & l. 64. Tauti.* & que ibi annotantur. Item quo ad qualitatem sententia exequenda (debet enim esse liquidã) & satisfactionem. prastandam a creditore ad hoc, vt non obstante appellationis remedio, debitum consequi possit: vt diximus per legem sequentem supra in glo. 1. Et adde Pragmaticam apijssimo Philippo Hispaniaru Rege promulgatam anno ab orbe redempto. 1552. in cuius. 13. articulis. petitio. 13. Idem est dicendum in quibusuq; alijs scripturis, quibus a iure in multis casibus competitus exequendi. De quibus late per Roderi. Suarez in dicta repet. l. post rem iudicatam. a folio. 127. cum sequentibus pluribus. Adde. l. 4. titulo. 4. lib. 6. infra. vbi ponitur vltra ipsum alium casum, in quo fit executio in causa gabellæ non soluta: aduersus aduersus aduersum. Idem in legato pro ecclesia construenda. cap. nos quide.

ibi. & cuncta secundum voluntatem defuncti sine altercatione construere. de testament. l. nulli. s. si autem. ibi. sine vlla cunctatione, vt conuenit, impleturus. C. de episco. & cleri. Vtrum autem legatarius possit petere legatum via executiua, dicitur in. l. i. titulo. 2. lib. 5. infra. **¶ OTRAS QUALESQUIER.** Vt potest quando scriptura secundum formam

seca admitida, ni recebidapor nros juezes, bningua, ni alguna excepciõ, ni defensio: iuris esset redacta ex depositionibus testium super debito tantum sine alia solemnitate iuris, vel debitum solemniter mediante publico & solenni instrumento tamen amisso, seu igne consumpto, parte vocata, & in contradictorio iudicio solenni ter, & secundum ius dicta testium publicata, talis scriptura sic facta habet executionem. Ange. post gloss. verb. depositionibus. in. l. fin. C. de edict. di. u. Adrian. tollend. vt supra dixi. & in. d. l. r. titulo. 2. lib. 5. ordi. infra. Idem erit dicendum in pacto nudo iuxta contractum interpositum, cum in ista contractu. l. iuris gentiu. s. quini. mo. ff. de pact. T u etia, quia censetur vnus & idem contractus esse eo, quia in simul, & collectiue factus est. l. heredes palami. s. vno cõtextu. ff. de testam. l. 3. tit. 1. part. 6. Montalu. in. l. r. tit. 3. lib. 3. fori legu. verb. *per scripto. l. patris & filij. ff. de vulga. & pupilla. l. si quis ex argentarijs. s. similia. ff. de edend. & supra aperimus. quicquid las. in. l. lecta. colu. 8. nu. 15. ff. si cer. peta. in contrarium firmaverit.*

¶ Ninguna, ni alguna excepciõ, ni defension. Scilicet non expressam a iure alio, vel non habentem rationem naturalem, ac aequitatem minimè continentem, aliã admittere erit, si liquidari possit infra terminum decem dierum datum ad opponendum aduersus executionem. l. 5. in fra. eod. ibi. *saluo si hãsta diez dias mostrare la tal paga, o legittima excepciõ, etc.* quã singularis, ac clausi illius materia: principallissima est: Confirmatur ex his, quã in materia statuti huic nos huic Regia: simili adducit Bartholomia: Socinus consilio. 27. numero. 30. versicul. Secundus scopulus est, quia instrumentum est garantigiam libro. 4. Item non obstantem hac legis prohibitionem contra instrumentu poterunt opponi omnes exceptiones, quã limitant, & restingunt executionem, quã ad modum opponi possunt contra sententiam, & eius executionem. vt est casus in. l. Non senius. ff. de re iudica. & in. l. fideiusso. si solui respon. di. ff. de fideiusso. vbi. & in. l. ex diuerso. s. fin. & que ibi tradunt modum soluti in primo. tradit Barthol. in. l. prima. C. de iuris & facti ignoran. & in. l. prima. C. si ex fals. in.

fals. instrumen. Marian. Socinus consil. 51. incipit. Præstantissime doctor, & illustrissime index. columna tertia. numero. 6. libro primo. ergo & exceptiones huic similes, habentes eandem, vel maiorem rationem sunt admittenda. Et hoc vult dicere dict. l. 5. infra ibi (o legitima excepciõ) Nam hæc est interpretatio sana & quã a quo

libet sapiente reprehendi non poterit. Pars verò negans nullam aliam exceptionem fore admittendã, tanquam reprehensibilis, & contra gloss. fin. in. c. accepimus. de ara. & quali. & aliena a legum conditoribus non est admittenda, etiam si per dictionem inducentem limitationem, seu restrictionem fuerit loquuta nostra lex. Nam ipsam intelligendam censeo de illegitimis, ac dissimilibus applicatis hac in lege gratia frequentioris vsus, & quã induceret aliorum indagine. Sic nõ esset possibile eas liquidare infra terminu a iure statutum ad eas obijciendas aduersus executionem. ex his, quã notat las. in. l. 4. s. cõdemnat. col. 2. nu. 8. de re iudi. ff. & iã prædiximus. Defensiones hic nõ tolluntur, sed modus defendendi intra certu terminu breuẽ, quãdã quis obligatur per instrumentu garantigiu declarã, ac subditis, vt celerius lites finiantur, salubriori remedio prouidetur. Quod iustũ, sanctum, ac paratũ Principis fuit. vt in. l. glo. apertum est. Hinc est filiu ingratu non solu ex causis deductis in auth. vt cum de appell. cognosci. s. causas. coll. 8. ex heredari posse a patre, verum etiã ex alijs similibus, seu grauiorem rationẽ cõtinẽtibus, vt asseruimus ad Segur. in rep. l. 1. s. si vir vxori. num. 119. ff. de acquiren. possel. Petr. Gerard. singul. 1. Fel. in capitul. pastoralis. in princip. de resc. Euerard. in locis legalibus. loco. 3. versicul. Quinto istud. Ioã. Lup. De donatio. inter vi. & vxor. s. 16. nume. 10. in rubric. Roderi. Suarez in repet. l. 2. fori. foli. 71. col. 1. vers. Tertio inquãtum est leges. Chassanã. in consuetudi. Burgundia. rub. 7. s. 2. nume. 2. fol. 23. Hippolyt. singula. 78. Ripa in repet. l. fina. num. 138. C. de reuocand. donatio. communis secundum Alexand. in authent. non licet. numer. 4. & ibi Curti. in iur. num. 23. C. de libe. praterit. & secundum eundem Alexand. in. l. si quis id quod. num. 19. ff. de iur. omni. iudi. Couar. in cap. Rainuntius. in prin. num. 17. de testam. Doctissimus Pinellus, ac Lusitanã vnicum fetẽ exemplar. in. l. 1. part. 2. numer. 27. C. de bonis matern. Petr. Plaça nouissimo in tract. de delictis. capitulo primo. numero decimo quinto. cum sequent. Ex quibus locupletari potest noster intellectus ad hanc le-

saluo paga del deudor o promission: o pacto d no lo pedir a

gem Regiam, maxime cum fortiatu effectum ex l. 5. infra in verbis præmemoratis, quã tendunt contra communem opinionem paulo antè citatam in. l. 1. titulo secundo. in gloss. l. latius dicitur libro quinto. infra. Præterea in terminis huius legis ita declarã Anton. à Canario in tract. de execution. instrumetorum. q. 1. & quæstio

o excepciõ de falsedad, o excepciõ de vsura, o temor, o ne secunda. & ipse ibi pulchra adducit in materia executionum. Singulariter Philip. Deci. in capit. ex parte. in. 2. colum. 2. numero quarto. de offic. delegat. qui ponit triginta fallentias, seu declarationes, quã pertinent huic legi ad eius declarationem. Nolo transcribere, sed supplico, vt omnino, & lyncis, vt aiunt, oculis illa rimentur.

¶ Pacto de no lo pedir. Idem dicit habere locu in pollicitatione, nam ex pollicitatione oritur obligatio naturalis, vt notauimus in. l. 3. supra. Ergo dabimus exceptionem, cum cui damus actionem & multo fortius exceptionem negare non debeamus, cum tendant ad eundem finem. l. inuitus. s. cui damus. & ibi Philipp. Deci. num. 2. ff. de regulis iuris.

¶ Falsedad. Opposita contra substantiam instrumenti, secus si contra accessoria ipsius instrumenti obijciatur, nempe contra hypothecam, vel pœnam, vel causa differendi negotium. l. satis aperte. in glo. verb. obijciatur. & ibi Bald. C. ad legem Cornelii. de falsi. Confirmatur ex latè traditis in exceptione nullitatis a lafo. in. l. 4. s. condemnatum. num. 9. de re iudicata.

¶ Excepciõ de vsura. De qua iudex laicus cognoscit, cum sit summaria cognitio, & tantum agatur de facto, non tamen de iure, vtrum scilicet sit vsura, vel non. argu. eorum, quã in matrimonio notat Bald. in. l. filium eum diffinimus. colu. 2. nu. 13. & in. 2. lectu. repetit. in nu. 5. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. ac mixtum iudicium, cum solum veretur quæstio facti, a qua opinione non erit tutu recedere, omisis cæteris deductis per Felin. in cap. cum sit. col. 3. versicul. Tertia opinio. de foro compet. Alexand. in. l. Titia. num. 7. ff. solut. matrimo. & est opinio communis Canonistarum, teste lafo. in. l. quõties. columna secunda. numero sextò. C. de iudi. Veriorem etiam hanc opinionem censet Ioan. de Imol. in clem. dispendiosam. colum. penult. nu. 20. de vsur. Alexand. consil. 9. colu. 2. libr. 4. Ioann. de Imo. in clem. vni. num. 13. de vsur. Ex quo inferitur, quod quantus crimen vsurarum sit merò ecclesiasticum. vt est gloss. in. c. 1. de offi. ordina. Deci. consil. 18. nu. 2. & commu-

nisi in caput. cum sit generale. de foro compet. tamen cum iam sit deducta oculis hominum, de facto, & non est dubium in iure poterit puniri a iudice seculari. Jacob. Butriga. in. l. improbum fecerunt. C. in quibus caus. infam. introgetur. Ioan. Monach. Archidiacon. Ioann. And. & Dominini. in cap. 1. de iur. lib. 6. Carol. Molina. de contra. lib. 2. tit. 1. de iur. lib. 10. Corne. cõsil. 19. libro. 3. Antoni. Rubec. confil. 65. Couar. in epi. tome. 4. Decretal. 2. part. capitul. 6. numero. 19. Quamuis opposita sententiam, in d. quod solus ecclesiasticus cognosce re possit de quaestione v. furarum, etiã si sit quaestio facti, existimet uero iorem Lanfranc. de Oriano in repet. clem. Dispendiosam. columna sexta. de iudic. Ad istam legem vide quã notat Andrã. Barbat. in. l. 5. incipien. Stipulatio. columna. 2. ff. de verborum obligationi. qui post Angel. colligit ex text. illo, quod si statuto caueatur, qd a mera interloquatoria appellari non possit, si produco instrumentum gaurentigiu, & peto iudici ipsum exequendum fore pronuntiet, & ipse iudex pronuntiat, quod debitor poterit appellare a tali pronuntiatione, ex eo, qd non est mera interloquatoria, sed habet vim definitiuã.

fuerça tal que de derecho se deua recibir. E si otra qualqer excepcion no sea recibida ni el que la pusiere sea oydo. Y no embargantes otras qualesquier excepciones el juez proceda a execucion de tal contrato, o sentencia, y lieue la a deuido efecto.

¶ Ley. V. Que por los contratos publicos se haga execucion, y que la excepcion de pã-

¶ Que de derecho se deua recibir. Sic ergo excludit friuolas, non tamen eas, quã a iure sunt receptã, de quibus in. 1. glo. Item exceptio prescriptionis immemorialis opponi poterit contra instrumentum guarãtigiũ, etiam si ex forma statuti esset instrumentum exequendum, non obstante prescriptionis remedio. Felin. in rubr. de preser. col. pen. numero. 18. Item poterit opponere nullitatem prouenientẽ ex defectu solennitatis, nempe, Obstat tibi, quia contractus est factus a muliere coniu-

gata absq; mariti sui licetia. l. 55. Tauri. Item quia non interuenit auctoritas patris, vel curatoris in obligatione facta a filio, vel alio constituto sub alterius potestate ad creditum. per legẽ Regiã. 78. & l. 79. in cuius Principi declaratis anno. 1155. Et ista nullitas ex inspectione scripturã poterit cõstare, & sic nõ censetur exclusã ab hac lege. Cõfirmat ex latẽ congeñtis ab Hippoly. in rep. rub. C. d. probationi. numero. 159. versicul. Et ideo dixit multum notabiliter Baldus. Vtrum contra debitum, vel depositum sit admittenda exceptio solutionis per testes in regno Aragonũ? Respondet qd nõ nisi p instrumentum, vel negantis recipiat iuramentum. vt habetur lib. 8. fororum Aragonũ isto titu. De exceptio. cõsti. 3. cuius tenor est. Si de cetero cõtra debitum, vel depositũ, seu commẽdam cum instrumento factũ, exceptio solutionis fuerit allegata, testes ad probãdam illam exceptionem non recipiantur, sed probet illam exceptionẽ reus cum instrumento, vel negantis recipiat iuramentum.

ga se prueue hasta diez dias.

¶ El Rey Reyna.

ADDICION.

¶ Esta ley se contiene en la ley 2. titulo. 2. lib. 4. Recop. y acerca della se vea la ley. 3. del mismo titulo. donde se declara. que los diez dias de que esta ley habla para probar las excepciones corran desde el dia que el executado se oppusiere a la execuciõ.



Or escusar malicias de los deudores que alegan contra los acreedores exce-

mentum, vel negantis recipiat iuramentum. vt habetur lib. 8. fororum Aragonũ isto titu. De exceptio. cõsti. 3. cuius tenor est. Si de cetero cõtra debitum, vel depositũ, seu commẽdam cum instrumento factũ, exceptio solutionis fuerit allegata, testes ad probãdam illam exceptionem non recipiantur, sed probet illam exceptionẽ reus cum instrumento, vel negantis recipiat iuramentum.

Nec executione pendẽte ante bonorum traditionem, & realem solutionem non admittitur ali quod iudicis præceptum, eam impediens, nec appellatio, seu inhibitiõ. vt habetur eod. lib. 8. ti. De Capleuatoribus. constitu. 1. incipien. Item si aliquos bienes. Et vide etiam sequen. 2. incipien. Por dar orden a la expediciõ de la justiciã de los acreedores no sean defraudados. Nota etiã istud principi. Nã ista est vna ratio principalis, propter quam instrumenta publica executioni mandãtur. Vide alias in glo. 1. supra hac. l. 4. Aliqua etiam, quã pertinent ad hanc legem vi. in. 1. & in. l. 3. supra eod. titu. & Adde Gregor. Lopez. l. 8. titulo. 18. partita tertia. in gloss. 3.

¶ Ley. V.

¶ Carta

¶ Carta y contratos publicos. Id est facta a publico notario Regis, seu eius auctoritate, ac in simul numerario illi loci, in quo factũ fuit instrumentum. vt in. l. 4. in glo. 1. declarauit. Primõ igitur hic prohorum verborum perfecta declaratione dicendum est scripturã duplicẽ in iure reperiri posse. Quãdam enim est publica, altera verõ priuata. l. scripturas. C. qui potio. in pigno. habẽatur. l. n8. titul. 18. part. 3. Publica verõ est solennis, & ritẽ ordinata scriptura per auctoritã personã manũ publicã memoriã causa facta. capitul. quoniã contra. d. probat. Ita dicit Specul. in tit. de instrumento. editione. Et de hac publica scriptura loquitur i. c. 1. & c. 2. de fid. instr. l. 113. & n8. titul. 18. part. 3. l. 3. 4. & 5. titulo. 9. libro. 2. foro legum. l. 26. titul. 4. libro. 1. supra. Singularis, & in practica semper notanda est. l. 4. & l. 8. titulo. 18. libr. 2. supra. l. 101. in quaterno gellarum. Ex quibus colliges, quod non omnis scriptura facta a tabellione Imperiali, seu regio, vel apostolico habet vim publici instrumenti, ad hoc, vt executionis titulum habeat, sed illa, quã est confecta manu publici Tabellionis numerarij ciuitatis, vel loci, vbi contractus fuit celebratus. Et de istis loquitur lex ista. De materia instrumentorum est addendus Roman. singul. 708. dicens, quod princeps non potest facere, quod exemplo non solenni detur fides. text. in dict. capitul. 1. ibi nihil facere possumus. Sed intellige secundũ Ioan. And. ibi. de potestate ordinaria, secus tamẽ est de absoluta. §. sed & quod Principi placuit. In situ. de iur. nat. cap. proposuit. cum sua gloss. de concess. præbend. Inno. in capitul. cum ad monasterium. numer. 3. de stat. monach. & in his, supra quos habet libram potestatem. Panor. & Imol. vel nisi id faciat auctoritã legis a principio. secundum

pciones y razones no verdaderas por alon gar las pagas, y por no pagar lo que verdaderamente deue. Ordenamos y mandamos, que cada y quando los mercaderes, o otra qualquier persona o personas de qualesquier ciudades, y villas, y lugares de nuestros Reynos q̄ mostraren ante los alcaldes y justicias de

dum Philipp. Deci. in dict. c. 1. Qui omnes ita declarant textum illum. Adde huic Guido. Pap. de c. 469. Socin. in tracta. fallenti. regul. 351. incip. Scriptura. Dueñas regul. 280. Exemplum. Curti. iunior in authen. Si quis in aliquo documento.

las dichas ciudades, y villas, y lugares cartas y contratos publicos, y recaudos ciertos de obligaciones que ellos tengan contra qualesquier personas asì Christianos como Iudios, o Moros de qualesquier deudas que les fueren devidas, que las dichas justicias las cumplan y lieue a deuida execucion, se-

culat. vbi supra. §. nunc dicendum. vbi sex modis dici publicum instrumentum scribit. Barb. & docto. in rubr. de fide instrum.

Scriptura autem priuata est omnis scriptura, quã nõ est publica, sed a priuatis personis, id est, non publicis confecta. Cardina. in cap. 2. de fide instrum. ponit cõclusionem talem, Omnem scripturã priuam dici, preter scripturã notario rum, & actorum iudicialium. Et hoc modo priuata capitur magis largẽ. vt comprehẽdat omnem non publicam etiam authenticã scripturã. secundum Inno. c. 1. de fide instrum.

Ex puo deducitur, qd scriptura iudicis, etiam si habeat testes inscriptos, cõsetur priuata, quia scribere non est iudicis officiu, sed tabellionum, teste Ioan. Imol. in. c. 1. col. pen. de fide instrum. per ca. quoniam contra. de probat. Bal. in. c. cum a no bis. in fin. de testi. dicens. siue scriptura fiat in iudicio, siue extra a iudice, poterit per testes reprobari, quia publica non est.

Etiã si essent literæ manu regis scriptæ, licet sit publica persona, etiam in his, quã pertinent ad suum officium, quia ad eius fidem nõ potest scribere, priuata dicentur, propterea non fa-

ciunt fidem, nisi sigillo, vel alijs adminiculis iuuetur, vt consulti Bald. in consil. 464. incip. Quædã scriptura. col. 1. lib. 1. p. 1. f. C. de cõue. fic. debito. libro. 10. Ideo fìcus facit scripturas p tabelliones, vel officiales ad hoc deputatos. l. 1. C. de apoch. publi. lib. 10.

Intelligeramen, nisi consuetudo contrarium dicat, tunc illi scripturæ regis, licet publica non sit, cõsuetudine dicente, statuitur. per capitulum. cum dilectus. in fin. de fide instrum. l. 8. titu. 9. libr. 2. fore legum.

Item scriptura facta ab episcopo dicitur priuata, quia nullo iure cauetur, quod vim habeat publicæ scripturæ. cum a nobis. & ibi Bald. in fin. de testib. plus dicit, quod omnis scriptura regulariter est scriptura priuata. vt habetur per glo. & ibi notat. in. l. quædam. §. numularios. ff. de edend. Ideo si Episcopus propria manu scripserit cautionem vsurarij, vel eius testamentum, vel collationem beneficij, illi scripturæ fides in alterius præiudicium non adhibebitur, quia est scriptura priuata. vt ibidem firmat Bald. Et instrumenta domestica sine alijs adminiculis non probant. l. instrumenta. C. de probat. Et ideo collatiões episcoporum, vel aliorum collatorum non recipiuntur sine testibus, & tabellione in nostra Hispania.

Præterea literæ factæ à sacerdote parochiali etiam curato, non sunt publicæ, per capitulum. cum effectus. de testam. nam oportet quod publicentur. l. publicati. C. de testam. igitur non publicæ, sed priuatae sunt dicendæ. Nec est inconueniens priuatam scripturam à publica persona emanare, quia in hoc, id est quo ad scribendum, non est publica, sed priuata, per textum. in. l. 3. ff. de offi. præsid. vbi Magistratus est publica persona in suo territorio, extra verò territorium, est priuata: & sic extra officium, cui alicui est præpositus, dicitur priuatus. Quod est notandum.

Vltimo est notandum, & inferendum, scripturam factam à notario tanquã à priuata persona, non habet publicam formam positam in glo. in. l. generali. C. de tabula. libro. 19. continentem subscriptionem tantum priuatam dicendam fore. Constat, quia notarius de ea non est rogatus, nec solennitas publici instrumenti, quæ est necessaria, adhibetur. vt in authen. de tabellio. §. nos. colla. 4. nam notarius pro se scribens, non po-

yendo passados los plazos de las pagas: no seyendo legitimas las excepciones^a que contra los tales contractos fueren alegadas, en tal mane-

tuit rogare seipsum. Differentia enim est inter rogantem, & rogatum. argum. cap. vltim. de institutio. nec potuit fieri, vt in sua causa esset iudex. l. vnica. C. ne quis in sua causa iud. Tenuit Innocen. in. c. 1. de fide instrum. text. glo. Bald. & Angel. in dict. l. scripturas. & in rub. C. de fide instrum. col. 3. vers. Sed dubitatur, nunquid notarij? Felin. in. c. 2. col. 1. de fide instrum. Roman. consilii. 204. incipit.

Pro discutienda columna prima. Alexan. consil. 168. Vltimo puncto. lib. 2. Hippolyt. in rep. rubr. de probat. fol. paræ impressiõis. 3. col. 3. Quo fiti duo notarij tanquam amici, & non tanquam notarij aliquid pro eorum negotijs familiaribus scripserint, dicitur scriptura priuata, auctore Bald. in cap. à nobis. in fin. de testib. Paul. Paris. consil. 80. Difficultas. colum. 1. lib. 4. Si tamen formam seruauerint publicam in suis actibus, dicitur publica secundum Bald. consil. 43. Quædam scriptura. lib. 1. & consil. 467. lib. 5. non tamen solent in forma publica scribere sua instrumenta, sed si recipiant mutuum, vel aliam rem, constituentur & scripturam cõficiunt, quæ tunc priuata est, & vocatur scheda, seu chitographum. facit. l. 1. vers. Orrofi mandamos. tit. 9. lib. 2. for. legum. & l. de Madrid anni. 1534. l. 126. Quæ postquam fuerit recognita, præbet ius exequendi. Et ita in omnibus calibus, in quibus ex priuata fit publica. Et habet exequi, quemadmodum instrumenta guarentigia, postquam fuerint recognita à debitore in iudicio, prout quotidie fit. In dubio tamen præsumitur, quod tanquam notarius conscripserit, quando inter alios conficit scripturam. nam præsumitur illud, quod communiter fieri consuevit. l. domini. C. de agricol. & cens. lib. 1. l. exempto. C. locat. Expresse firmat Lanfranc. in rep. cap. quoniam contra. col. 86. vers. sic, secundum requiritur. in verb. interloquutiones, de probat. Notarij autem actiue conficere potest in causa propria, non tamen passiuè. Dixi in. l. 1. glo. 1. columna. 89. vers. l. Dubitatur præterea. titu. 4. libro isto. 3. supra.

^a *No seyendo legitimas las excepciones.* Igitur illegitima, & friuola tantum cõsentur repulsa, dummodo liquidari possint intra decem dies assignatos ab hac lege. & l. 64. Tauri.

Dubitari potest, si reus velit probare exceptionem suã per confessionem partis executantis termino decem

no decem dierum elapso, an possit Respondendum est posse, quia lex non prohibet probationem illam, quæ est impropria, quæ admodum est cõfessio. Baldus in. l. 1. vnus. §. pactus ne peteret. col. final. nu. 15. ff. de pactis. qui sic verba facit. Ex prædictis arguo ad statu-

ta, quæ dicit non posse opponi, nisi certæ exceptiones, nam quælibet exceptio apparet per confessionem non erit valida vi confessionis. nam confessio in iudicio, ius facit. Secus de alijs probationibus, vt notatur à iure iur. Sed & si possessori. §. 1. Suadet, nam verba legis in sensu potentiori, ac proprio sunt accipienda. l. 1. C. de his, qui veni. etiam impetraue. cum simil. sed probatio, quæ fit per confessionem non est proprie probatio, nisi quæ fit testibus, vel instrumentis. vt tradit Bald. in rubr. numero quinto. de probat. Archid. in capitulo accusator. num. 2. 6. q. 5. Anchar. in capitulo primo. num. 2. de confess. libr. 6. Antoni. Panor. & Deci. num. 8. qui hanc communem dicit in rubr. de probat. post Felin. ibi. nu. 6. Iaso in. l. cum te. num. 11. & ibi Deci. col. 2. num. 8. C. de transactio. Probatur ista conclusio in. c. 1. de confess. libro. 6. vbi negatiua, quæ est improbabilis ex forma legis, vel statuti, est probabilis per partis confessionem petitam in positionibus. Faciunt quæ dixi ad Segur. in rep. l. 3. §. 1. num. 82. ff. de libe. & posthum.

Sic igitur infertur, quod inhibitus probatio in iudicio deducere post certum tempus, non cen-

setur prohibere probare per partis confessionem, quæ, vt dixi, non est propria probatio, sed impropria, & sic releuam probationis secundum communem supradictam. & Hippolyt. singula. no. communis doctor. opinio. Tamen considerato effectu, qui producit ex confessione, dicitur probatio. Et sic intelligo iura, quæ eam sub nomine probationis comprehendere volunt, quemadmodum est. l. 1. §. ff. de interrogat. actio. clem. Constitutio nem. ibi, probationem tamen factam super his per aduersarij confessionem. de electionibus. l. secunda. tit. 13. part. 3. & l. 8. titulo. 14. ead. 3. part. & quæ solitè est allegare contra comunem Aretin. in rubric. de probatio. numero 19. Pro confirmatio-

ne optime cõducit. quæ dixi in. l. 1. verb. iuramento de columna. q. 3. titu. 4. isto lib. 3. supra. quam notabis perpetuo in practica. Et probat Hippolyt. in dict. singul. no.

Vtrum autem causa debiti non deducta in instrumento impediatur eius executionem? Et videtur respondendum impedire ex his, quæ late dixi in. l. 3. in. glo. 1. vers. Vtrum autem requiratur causa. supra isto titu. Bald. in. l. si non sortem. §. 1. ff. de condi. indebit. l. 1. in. l. tale. in prin. nu. 6. ff. de pact. in. l. sicut. aliàs sub. l. si maior. col. 2. vers. fic. Quartò nota. num. 7. C. de repudiand. hæredi. Bald. tamen in dict. l. sicut. nota. 2. & in. l. 2. col. 3. C. de executio. rei iudicat. tenet obligati per instrumentum guarentigium absque causa teneri.

Concorda vt per Imol. in l. fina. versic. Tertiò limita. ff. à quibus appellare non licet.

Vtrum autem exceptiones, quæ aliàs possent liquidari per attestacionem testium, qui iurauerunt intra terminum, post ipsum elapsum, nempe decem dierum, possint liquidari, & sic recipi dicta testium? Respon. est quod nō, quia instātia est circumducta p lapsum decem dierum, qua extincta non licet amplius probationem recipere. vt in hac lege constat, ibi. *hastā diez dias mostrare paga.* Nā concessum ad tempus, post tempus censetur prohibitum. vt in simili dicitur in l. prima. in gloss. verb. *hastā veinte dias.* isto titulo. supra. Istam sententiam tenet Ioan. Lupus. in dicta. l. 64. numero quarto. & ibi doctor Didacus del Castillo. verb. *y passados.* in ordina. Tauri. Suadetur ex verbis hic positus. *hastā diez dias.* quæ dictio, vsq; , est exclusiua, iuxta text. & ibi nota. per doctor. in capitulo cum delecti. de dol. & contuma. & sic non sufficit testes presentare infra terminum decem dierum, nisi eo termino durante fuerint examinati. & dict. l. 64. Tauri. ibi. *y passados los dichos diez dias.*

Sed tamen in contrarium facit. Nam testis, qui iurauit intra terminum, potest examinari lapsò termino sine noua citatione. Bart. in. l. damni in fe. §. Sabini. num. 8. ff. de dam. infect. Bald. in. c. 2. num. 8. de testib. Panorm. in. c. licet causam. nu. 20. & ibi August. Beroi. numer. 76. de probat. Alberi. in tract. de statutis. lib. 4. q. 71. Rota nou. 73. & 467. sub tit. de testibus. Alexand. consil. 42. nu. 17. & ibi in additione. Molinæ. lib. 3. & Hippolyt. singula. 113. Lanfranch. in tracta. de testibus. q. 7. num. 8. Francisc. Curt. etiam in suo tract. de testibus. conclus. 33. numer. 71. Facit quod notat Matthæia. singul. 134. incip. Nota singulare dictum Bart. Ratio ea est, quia actus depositionis trahitur ad diem iuramenti, secundum Bald. & Panorm.

in dict. cap. 2. de testib. igitur & reus, qui presentauit testes coram iudice, ac fecit eos iurare in termino, poterit eos facere deponere, ac examinare lapsò termino, contra prædictam declarationem. Pro solutione dicendum est, quòd aut loquimur in termino p batorio assignato à iure, vel in præfixo à iudice. In priori casu non sufficit iurare infra terminum, sed necessariū est qd eo durante deponant testes, aliàs trāfacto termino, nō poterunt amplius in causa exequutionis deponere. Si uero terminus ad probandum sit assignatus à iudice, procedunt quæ dicta sunt in contrarium. Terminus enim iuris potentius excludit, quam terminus hominis. Bald. in. l. si ea. C. qui accus. non poss. Felin. in capitulo. licet causam. nu. 20. de probatio. Secundò istam partem firmat Bald. in cap. 2. num. 10. de testi. & in rubric. C. si ex fals. instrum. & Felin. in. c. licet. num. 20.

Ampliat etiam habere locum in probatione facta in iudicio executiuo per instrumenta, sunt enim presentanda infra decem dies, & non post, cum eadem ratio versetur in instrumentis, quæ in testibus. Quod tamen procedit, præterquam si infra illos decem dies sit presentatum exemplum instrumenti, quia tunc sat erit presentare eius authenticum originale post dictum terminum ante sententiam. Bald. in ca. 1. de fide instrum. Felin. in dict. cap. licet causam. num. 18. & Hippolyt. singul. 113. Nec huic solutioni oberit, si dicatur, quod actus depositionis refertur ad tempus iuramenti, & sic testis, qui iurauit in termino, & post terminum fuit examinatus, censi examinatum intra terminum, vt supra dixi. Nam respondeo, quòd hoc procedit per fictionem, & improprie, non autem uere, & proprie, cum tamen ueritas versetur in contrarium, quippe cum uerbum, probatio, prolatum per uiam conditionis, debeat intelligi

telligi de uera, & propria probatione, non autem de ficta, & impropria. argu. l. Lucius. ff. de condi. & demonst. not. docto. in rub. de probatio. Quo fit, quod cum lex ista loquatur per uiam conditionis, ibi, *saluo si hastā diez dias,* necessariò intelligenda fore censemus de probatione uera, & formaliter facta intra istos decem dies, non autem de ea, quæ per fictionem intelligitur facta infra terminum datum ab ista lege.

Intelligenda tamen est hæc declaratio, dum tamen culpa, & negligentia sua terminus fuerit lapsus: secus tamen si culpa iudicis, vel notarij, nam hoc casu non est parti imputandū, si intra decem dies non potuerit testes examinare, & sic potuerunt transcurso tempore examinari. Ioann. Lup. nume. 5. & Cast. in verb. *passados.* in dict. l. 64. in ordin. Tauri. c. quod non stat. de regu. iuris. lib. 6. Tamen ad hoc, ut culpa iudicis, vel tabellionis id contigisse præsumatur, requiritur, quod fuerit ei protestatum à parte: absque protestatione enim facta in termino, non præsumitur culpa in iudice, vel Tabellione. Bald. in. l. propterandum. §. si autem alterutra. C. de iudi. Areti. & Felin. in cap. licet causam. col. 18. numer. 23. de probatio. argum. text. in. l. quibus diebus. ff. de condi. & demonstra. glof. in cap. cupientes. §. quod si per viginti. verb. proposita. de elect. lib. 6. Facit, nam quauis anciani teneantur causam committere, quæ est ad eos deuoluta per uiam appellationis, ac eam decidere intra certum tempus, eo elapso, ipsi non teneantur ad damnum propter instantiam lapsum factum parti, nisi constet de requisitione, & protestatione facta contra ancianos. l. 6. ibi, *suere requeri de.* & ibi dixi tit. 16. infra eo. lib. 3.

Vtrum autem restitutio in integrum opponi possit stante ista lege contra instrumentum guarentigium? Respondendum est quod sic. Bal. in consil. 236. Statuto ciuitatis. lib. 1. ubi stante statuto, quod appellari non possit, querelari, vel de nullitate dici, peti tamen poterit restitutio in integrum. Aymon Crauet. in consil. 201. nu. 35. lib. 2. ibique probat in terminis etiam decisionem huius questionis affirmatiuè propositam, ubi adducit quatuor fundamenta pro ea. Oprimè Barth. Soci. consil. 299. col. 2. numer. 4. lib. 2. Alexand. consil. 17. colum. 2. numer. 6. lib. 1. Plura adducit in confirmationem Cifontan. in. l. 64. quæst. finali in legibus Tauri.

Vtrum autem exceptio requirens altiore in dignem sit referuanda ad iudicem ordinarium, quando agitur in summario iudicio executionis, vel huiusmodi? Dicendum est quòd sic. De quo per Alexan. de Imol. in. l. apud Iulianum. §. si de testamento. num. 2. ff. ad Trebellia.

Quæro de quæstione, Cum in instrumentum gua-

rentigium vim sententiæ habeat, modò Petrus se obligauit pro Ioanne per instrumentum guarentigium, & promisit Petro in demnitate, dubium est, antequam Petrus soluat pro Ioanne, nec sit molestatus, nec condemnatus, possit petere conseruationem in demnitate: Casum habui in terminis, & dixi cum Bald. in tracta. De statutis. verb. instrumentum. num. 23. versic. Statutum dixit, qui censet statim posse agere, quia habetur pro condemnato, & debet conseruari in demnis; soluendo, & non cauendo secundum eum: quia per cautionem non consulitur Petro, quo minus molestari possit ab illo, cui fuit obligatus, & sic non manet in demnis, nisi totaliter eum liberet soluendo, & eximendo ab obligatione. Et hoc ratio uerbi suadet. Et sic dixi in fauorem Francisci Lopez contra Ioannem Lopium de Viuero nepotem doctoris Ioannis Lupi, qui fecit rep. rub. & capit. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. Et sic per duas sententias in executorio iudicio obtentum est, me existente aduocato prædicti Francisci Lopez. Et si multi cum cautione sola promissioni in demnitate satisfacere assueuerunt. Quòd autè possit agere, vt dixi, tenet Bart. in. l. fideiussor. ff. de fideiuss. Segura in repe. l. si ex legati causa. nu. 75. ff. de verb. oblig. Suarez in repe. l. post re iudicatā. §. visum est. versic. Sed occurrit optimum dubium. nu. 8. fol. 159. ff. de re iudica. Antoni. de Canario in tracta. de executio. instrumento. quæst. 45. num. 82. Hippolyt. in repe. rubric. ff. de fideiuss. quæst. 31. Guido Papa decil. 117. Chassanæ. in consuetudi. Burgundia. rubric. §. 2. num. 27.

Quæro, Cum in instrumentum guarentigia habeat vim rei iudicatæ, an constituat statim in mora debitorem, sicut per sententiā, imò per litis contestationem. l. certum. C. de rei vend. vel sit opus noua interpellatione? Respondeo, quod non constituitur statim in mora, quia id foret inconueniens, quod uxor & eodem tempore constitueretur in mora. vt in. l. quod dicimus. ff. de solutio. sed non in terpellatione opus est, sicut in eo, qui iuramento obligatur. Barto. in. l. eum qui. §. si iurauero. ff. de iure iuran. ubi subiicit, quòd sunt multum notanda in Tuscia, & in partibus nostris, ubi instrumenta guarentigiata, seu confessionata habent vim sententiæ diffinitiuæ. Nam si esset uera opinio Guillelmi. ab ipso initio esset debitor in mora, nec esset necessaria noua interpellatio. Sed secundum opinionem Iacob. Butrig. noua interpellatione opus est. Et hoc obseruatur hodie consuetudo, & multum placet, quòd tenentur. Hactenus Bart. Sequitur eum præter alios Antoni. Canariens. in tracta. De exequutione instrumentorum. quæst. 40. nume. 79. Et ita practicatur, quòd sit præmissio debitori, vt soluat creditori antequam fiat executio

cutio, & si nolit, fit executio secundum formam illius legis, & quæ diximus. in l. 4. in gloss. i. supra hoc titu.

Quaro, Vtrum in causa executionis publicorum instrumentorum liceat ei, contra quem petitur executio, appellare? Glo. in l. ab exequuto re. C. quorū appellat. nō recipi. respōdet quōd potest a pronuntiatione de exequendo appellari, non ab executione facti. Idem Specul. de appellatio ni. §. in quibus versicul. Quinto. Barro. in dicta. l. ab exequutore. & in l. si cum exceptioe. §. hanc autem actio. ff. quod in re. causa.

mo mandamos que sea en la sentencia que es passada en cofa juzgada^a.

Titulo. IX. De los assentamientos.

ADDICION.

Este titulo se contiene en el titulo. i. libr. 4. Recopil.

In oppositum est sententia verior, quod imò nec à pronuntiatione de exequendo, nisi modus excedatur ab exequutore, nō possit interponi appellatio ad impediendam executionem quo minus fiat. Ioann. Andr. ad Specul. vbi supra. Anto. de Canari. bene explicat in tracta. de executione instrumentorum. nume. 83. quæstio. 46. Roderic. Suarez in repet. l. post rem iudicatam. §. Quaro vtrum possit appellari. fol. 169. colū. 2. vbi videas. ff. de re iudica. Et ita seruatur quo ad finem impediendi executionem, vt sit finis litium. l. fratris. C. de transactio. cap. finem litibus. & cap. fina. de dolo & contuma. & ne lex inseruiat de verbis potius quam de rebus. contra. l. 2. C. communia de lega. l. fi. C. de donat. c. commissa. de electio. lib. 6. tamen facta solutione. poterit appellatioe prosequi iuxta formam huius legis, ac l. 64. Tauri. quæ in his verbis sic diffinitum reliquit dubium. *Declaramos, e mandamos, que los dichos diez dias corran desde el dia, que se ophusiere a la tal execucion. E passados los dichos diez dias si no prouare la dicha excepcion, q el remate se haga como la dicha ley* (Supple tu scilicet ista nostra. l. 5. de qua loquitur) *lo dispone, sin embargo de qualquiera appellacion, que dello se interpusiere, quando el acreedor las fianças, como la dicha ley lo manda. Et inferius dicit. Cumpla y excoente sin embargo de qualquier appellacion, que della se interponga para ante nos; para ante los Oydores de las nuestras audiencias,*

o para ante otros qualesquier juezes, o qualquier millidad, que contra la dicha execucion, y remate se alegue. Non tamen intelligas prohibita omnino, cum sit defensio, ac ius regis quo ad effectum deuolutionis, nam valet appellatio etiam à mero exequutore interposita. vt notat Spec. de act. & peti. §. super actionibus & petitionibus. verfic. Sed quid si antequam. Et Canari. in loco præcitato. numero. 86. vers. Quadragesimo septimo quæro.

Ley. I. De como se ha de hazer assentamiento contra el emplazado que fuere rebelde.

El Rey don Alfonso en Segouia. Año de mil ccc. lxxxvj.

El mismo en Alcalá el Año siguiente de lxxxvij.

ADDICION.

Esta ley se contiene en la ley. i. titu. i. libr. 4. Recopil. pero en quãto está dixte, que si el demandado fuere emplazado por tres emplazamientos, esto esta

cum sit de actibus processus, debet constare ex fide publicæ personæ. ca. quoniam contra. de probationib. & sic cum in dubium versari nequeat, cum sit probatio probata, & liquida, meritò est exequenda, & maiori cum ratione ex calore iudicij, quam instrumentum guarentigium. Et sic calor iudicij, & cōsensus partium tacitus per lapsum temporis, vel expressus inducit clausulam guarentigiam, & si grossis verbis non sit deducta, tamen subtiliter deprehendi potest. Et sic in contractu alio, qui continet iuramentum, vel huiusmodi, de quibus casibus notatur à docto. locum habere per viam executiuam, de quibus dixi in princip. l. 4. supra eodem. Quo fit, quod non solum requiritur, quod sit manu publica confectum, sed quod habeat clausulam guarentigiam ad hoc, vt exequi possit instrumentum. prout dixi in dicta. l. 4. glo. prima. & probatur hic. Nam sententia est scriptura publica, cum habere debeat fidem notarij publici, & tamen non exequitur, nisi de iure specialem, & ratione fomenti, quod recipit ex pronuntiatione iudicis vna cum confessione partis eam approbatæ tacite per lapsum temporis designatum appellatio; vel expresse. Ergo pro opinione, quam ibi priori loco deduxi contra Ioan. Lup. & Anto. Gom. induci potest hæc lex. Tñ declarata, & salua eos, vt ibi dictum est. Laus Deo Opti. Max.

TI T V L V S. IX. De los assentamientos.

Lex Prima.

a C

Los rebeldes. Ortum habuit à lege condita à Rege Alphonso Segouiz an. 1386. & Compluti anno sequenti. vt patet in ordina. suis Compluti datis. 28. Februarij. Anni 1387. Et quoniam de missione ex primo & secundo decreto hic tractatur, more foli

to vile, & necessariū sub breuibus materiis describere censui. Et in primis est videndus Matthæ. de Afflic. in cōstitutionibus regni Sicilię. lib. primo. rubri. 97. in cōstitutio. incipien. Contumacem. numero tertio. & in constit. sequenti. incipien. Si qs post litē. Mō talu. in reper. to. legum ordinamen. verbo. Contumax. Bertachin. in indice. verb. missio in possessionem. Alciat. in practica. rubric. de primo & secundo decreto. folio. 60. columna prima. Auiles in capitibus Pre torum. capit. 35. verb. mandado. nume. 3. Vlcur. & Bo logni. in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dāno infecto. & Paulus de Castro. in. §. si plures. eiusdem. l. Resolutiue



Os rebeldes a q no quieren venir ante el

juzgador a los emplazamientos que les son puestas, no deuen ser de mejor condicion, que los que vinieren a parescer ante ellos. Y por esto tenemos por bien y mandamos, que si el demandado fuere emplazado por tres emplazamientos, y no viniere a los dichos tres plazos, o

tamen sciendum est de vi nominis, nempè quòd Decretum accipitur in iure nostro multipliciter. Aliquando enim accipitur pro sententia diffinitiva. l. nec quicquam. §. vbi decretum. & ibi gloss. ff. de offi. Proconsul. & lega. l. decreta. ff. de re iudi.

alguno dellos, y se fuere fin mādado del juzgador, que den de adelante que el juzgador vaya por el pleyto adelante a rescebir testigos del demandador; e otras prueuas que ouiere para prouar su intencion, afsi como si el pleyto fuera contestado; y a dar sentencia diffinitua en el, sin otro emplazamiento. Pero si el demandador quisiere y pidiere que se haga assentamiento, y no quisiere yr por el pleyto adelante a dar prueuas en el, que el juzgador sea tenido a lo hazer. Y el assentamiento que se haga en esta manera: que si la demanda fuere Real, que el demandador sea puesto en la tenencia de la cosa que

& l. si prætor. ff. de iudi. Aliquando pro interlocutoria. l. i. in fin. ff. de assesso. §. ac ex cōtrario. Institui. quib. aliena. non licet. Vlcurus in repet. l. si finita. §. Iulianus. col. 13. ff. de dam. infecto. Guid. Pa. in tractat. de primo & secundo decreto. l. sed & si per prætorē. §. sed si cum decreto. ff. ex quibus causis. ma. cap. licet. verficu. interloquendo. de probationibus. Aliquado sumitur p auctoritate iudicis interposita circa alienationem rerum minorum, vt mulierum, vt ecclesiæ. vt in plerisque iuris partibus reperitur. Aliquando sumitur pro cōsensu electorum redacto in scriptis. ca pitulo. innotuit. de electionibus. Aliquando sumitur

St

mitur pro decreto Papae. capi. si decreta. distinet. 2. Finaliter sumitur pro iussu iudicis de mittendo aliquem in possessionem bonorum alicuius; & iusto modo accipitur in presenti. vt in l. cum proponas. C. de bonis autho. iudic. poss. & in authen. ei qui. eod. tit. in l. si finita. §. si plures. ff. de dam. infecto.

demanda, y fea tenido el demadado de venir a purgar la rebel dia hasta dos meses del dia que fuere pue

Dubitatur his praemissis. 2. Quid est decretum, accipiendo isto ultimo modo, & quotuplex sit? Et primo dic, quod decretum est duplex, scilicet primum, & secundum. text. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infecto. vnus secundum Imol. ibi, quod licet sit dare secundum decretum, nullus text. est in iure faciens mentionem de secundo decreto, & isto nomine, secundum decretum, praeter text. dict. §. Iulianus. Et constat huiusmodi diuisio ex Specu. titu. De primo & secundo decreto.

Quero. 3. Qualiter definitur? Et dic quod multis modis definitur a iure. Nam vna definitio ponitur per glo. in dict. l. si finita. §. si plures. Sed ibi reprobat communiter, vt constat clare. Alias duas ponit Cin. post gloss. in l. cum proponas. C. de bonis autho. iudic. poss. Et aliam, quam extra gloss. ponit ibi Cin. reprobat Salicet. in dicta authen. ei qui iurat. 4. colum. Doctores in dict. l. cum proponas. Aliam ponit Bartol. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. Aliam de primo decreto. Salicet. in dict. authen. ei qui. 4. colum. Et aliam de secundo decreto in 9. colum. Et has definitiones Salicet. tenendas esse censemus, quia bene conueniunt cum suo definito. Et est primi decreti definitio talis. Primum decretum est iussus iudicis contra contumacem ad eius contumaciam compescendam in actoris fauorem super missione, vel quasi deliberate factus, & sequitur Alexan. in d. §. Iulianus. num. 7. Secundum autem decretum est iussus iudicis contra reum in priorē contumaciam perseverantem in fauorem actoris deliberate factus, vt verus fiat possessor.

Dubitatur. 4. Quis poterit decretum missionis facere in possessionem rei? Respond. conclusiue. Primum, & secundum decretum interponitur a iudice, vel iudicibus, mistu, vel merum imperium habentibus, nisi causa damni infecti, quae desiderat celeritatem. vt in l. 4. §. 1. ff. de dam. infecto. In quo est not. quod quemadmodum non potest interponi nisi ab habente mistum imperium, eodem modo non potest reuocari nisi ab habente mistu

imperium. text. est in l. 4. §. si forte. secundum vna lecturam. glo. ff. de dama. infecto. quem commen. Paul. in l. iubere. ff. de iurisdic. omni. iudic. vbi de hoc videre poteris praesertim Alexand. & Angel. text. dict. l. 4. §. 1. versicu. quod si forte. dixit vni. in dicta. l. iube. re.

sto y hecho el assenta mieto. o lo embarga re el demadado que no se haga. E si fuere demanda personal-

vt in hac l. & partit. 3. titu. octauo. l. 1. & secunda. titu. 4. libro. 2. fori. Itali. tenutam. Galli. recedentiam. Ioan. Igneus in authent. ex causa. colum. 36. C. de libe. praterit. vel ex hered. Et hanc recedentiam Imbertus vocat possessionem fiduciarum, quam quis sub manu regia tenet, quasi fide data acceptam, a fiducia tamen dictam. Budae. in l. 2. in verb. vindicias. ff. de origine iuris. in annotatio. in Pandectis. Rebuff. in constitu. Regias Galliarum. tracta. de sentent. execut. articulo. 1. glo. ff. 4. numer. 1. in. 1. tomo.

Constat clare, cum durate prima missione missus non faciat fructus suos secundum communem opinionem Canonistarum. vt per Felin. in c. consultiatibus. de offi. delega. Et probatur in l. 1. titu. 9. libr. 3. ordina. Licet communis Legistarum teneat, quod ex primo decreto efficitur possessor. gl. in l. 3. §. genera. versic. non possessionem. vbi Alexand. & Ias. ff. de acqui. posses.

Quero. 6. Tenuta, & missio in possessionem an cessi possit? Et videtur posse. l. vlti. §. si autem. C. de bonis autho. iudic. poss. vbi not. Sali. & Alex. in addi. ad Barto. in l. 1. §. vlti. ff. noui ope. nuntia. Barba. confi. 51. col. 8. libr. 1. Tiraquell. de retract. lib. 1. §. 26. glo. 3. nu. 21. Quod confirmatur. Nam non est dubium, quin creditore mortuo tenuta transeat ad heredem. ergo cum sit transmissibile, & cessibile erit. Suadetur ex Tiraquell. loco proximē citato. §. 26. glo. 1. num. 44. Quod est notabile, & singulare.

Quero. 7. Quomodo sit procedendum ad primum, seu secundum decretum? Respond. quod deuenitur ad primum, seu secundum decretum per officium iudicis imploratione de eo praemissa a parte, non autem iure actionis. De primo est sententia Cin. in d. l. cum proponas & Bald. in d. authen. ei qui. col. 4.

Quero. 8. Vtrum praedictum iudicis officium sit nobile, an mercenarium? Vide textum & ibi Alexan. in l. iubere cauer. ff. de iurisdic. omni. iudic. &

dic. & in dict. authen. ei qui. vbi communis dicit, quod est nobile. & Alexand. & Ias. nu. 10. in dict. Iubere.

De secundo decreto est gloss. in l. Iulianus. §. si plures. ff. de dam. infecto. Et etiam in hoc officium est nobile. vt tenet doct. vbi supra. late per Alex. in d. l. iubere. nu. 86. Vide Bologni. in d. §. Iulianus. fol. 13. col. 4. Et quod etiam secundum decretum veniat iudicis officio nobili, est communis opinio secundum Michael. Vlearum in d. §. Iulianus. colum. 107. fol. 27. reprobata distinctione Alex. vbi supra.

Quero. 9. An vt petuatur ad primum, & secundum decretum reus sit citandus? Respondendum est per glo. in d. §. Iulianus. quae requirit citationem expressam peremptoriam. Cui est simili. in c. quoniam contra. verb. dilaciones. de proba. & in cap. de mili. vas. qui contu. est. Quorum opinio est communis. secundum Alex. in d. §. Iulianus. nu. 8. licet Bal. in l. consentaneum. C. quomodo & quādo iudex aliter dicat. & nonnulli diuersas habeant sententias. Et pro ipsa opinione communis est bonus text. in l. praesenti. §. cum autem. C. de his qui ad eccle. confugi. ibi. itaq; si res immobiles possidet post edictorū solenniu citationē. Et sic loquitur de citatione peremptoria, cum loquatur in numero plurali. Item ibi, praedictorum traditio. id est, in possessionem missio. Et ita glo. ibi intelligitur, & sic ponitur pro decreto.

Dicitur peremptorie citatus, quando verbum peremptorie, ponitur in citatione. vt in l. ad peremptorium. ff. de iudi. & ibi notatur.

Item quando sunt factae tres citationes, licet non sit dictum peremptorie. text. in l. tres denuntiatio nes. C. quomodo & quando iudi.

Item quando iudex citat perse, & personaliter partem. iuxta formam text. & ibi gloss. communiter admissam. C. quomo. & quando iudex. in l. 2.

Item quando tabellio citat partem coram iudice de eius mandato. Bald. in dicta. l. 2. & quando tabellio citat ipsemet, potest citationem suam in actis ponere. Bald. in l. secunda. colum. vltim. de anna. exceptio.

Item est peremptoria citatio, quando in literis citationis, vel in ipsa citatione exprimitur, quod aliter termino elapso, iudex procedet in causa mediante iustitia. Bart. & communis in d. §. Iulianus. vbi vi. Alexan. nu. 12. De qua clausula est glo. 3. in ca. causam quae. & ibi Innocen. de rescript. Ioann. Andr. & docto. per textum ibi in ca. cum dilecti. de dolo & contumacia. vbi de hac clausula.

Item dicitur peremptorie citatus, qui cum sit personaliter citatus, dixit se nolle comparere coram iudice. Bar. in d. §. Iulianus. col. 3. glo. in l. 1. C. de resti. in integ. cum qua est communis opinio.

Idem & si nihil dixit, & personaliter fuit citatus, & non venit, nam habetur pro peremptoria citatione, licet non sit nisi vnica citatio. secundum Innocen. in c. ad petitionem. de accusa. Quod tamen reprobat per doctores. de quo singula. per Imol. in l. si finita. §. si plures. 2. col. ff. de dam. infecto. vbi per. n. colum. disputat, an sufficiat vna citatio, quādo citatus dixit se nolle venire. Et concludit quod sic, vt supra dictum est. Et ibi ponit, aut credatur nuntio referenti se citasse illum, & respon disse nolle venire. Et concludit quod sic post alias varias, & diuersas opiniones.

Nota, quod citatus semel dicens nolle comparere, contumax est, nec est iterum citandus. gloss. in l. consentaneum. verb. contumacia. C. quomodo. & quando iudex. communis secundum Alex. l. contumacia. num. 4. ff. de re iudi. Felin. in cap. inquisitionis. §. ad petitionem. nu. 20. de accusa. Ripa. nu. 83. in ca. 1. de iudi. qui hanc opinionem defendit: & credo veriolem, quamuis contrariam sibi retulerit communem, imo quod debeat iterum citari, tenet Ioan. And. ad Specul. titu. de cont. §. 1. gloss. magna. col. 2. vers. de sexto. communis est secundum Felin. sibi pugnantem in capit. consuluit. de offi. delega. nume. 9.

Quero. 10. quid de illo, qui dixit se nolle venire, & tamen venit post laram sententiam de mittendo in possessionem, vel aliam, iudice sedente pro tribunali, an sit audiendus? Et determinat, quod sic. Idem dicit, si veniat post discessum a tribunali, dum tamen statim. Quod est singulare. Et ex eo procedit, quia quae in continenti liunt, inesse videntur. l. lecta. ff. si certum petatur. leuidenter. C. de pactis.

Id autem quod dicitur, quod dicitur nuntio citanti aliquem, & dixisse nolle venire. Adde Seguram & quae ibi dixi in l. si ex legati causa. nu. 8. ff. de verborum obligatio. & l. secunda. & ibi Plate. C. de col. fundo. gloss. in capi. venerabilibus. §. primo. verb. in iudicio. de sentent. excommuni. libro. 6. & l. 2. Styli.

Tamen plures tenent contrarium, quos refert Imol. in l. ex consensu. §. fina. ff. de appella. quod non credatur in casu, de quo supra. Et licet de iure ciuili ista opinio non sit vera, quia praecedens est communis, tamē opinio Ioan. Andr. relata ab Imol. approbata est per. l. 1. in fin. tit. 7. part. 3. qui text. expressē inquit, quod nuntio Regis non est credendum, nisi probet per vnum testem, quando pars negat citationem. Et nuntio aliorum iudicum non est credendum sine duobus testibus. Quod in practica omnino est seruandū, cum per leges Tanti in. 1. constitutione praecipitur, quod feruentur leges Partitae.

Item est notandum, quod si dixit se nolle venire,

re, vt supra dictum est, nuntio non est amplius citandus, verum etiam id procedit, quando dixit sine eo quod citaretur, forte quia sciebat se de proximo citandum. Barto. in l. fin. ff. de in integ. rest. Quod Bartoli dictum est verum, licet Bald. ab eo deuiet. Item est peremptoria citatio, si in prima citatione sit dictum, Te hac vice cito pro omnibus. Alex. post alios in dict. §. Iulianus. numer. 15. tex. in c. constitutionem. de senten. excom. lib. 6. & in l. nonnunquam. ff. de iudi.

Alios casus, in quibus vna citatio habet vim peremptoriam in alijs, quae non concernunt primum, vel secundum decretum, ponit Alexan. in l. contumacia. ff. de re iudi.

Et secundum supra dicta nonnulli putant intelligendam hanc legem, dum dicunt, quod vt fiat missio exprimo & secundo decreto, debet praecedere citatio trina, vt scilicet sufficiat alia citatio, quae trinae equipollet, cum permixtum sit iura iuribus concordare. l. 1. C. de in offi. do. capi. cum expedit. de electio. libr. 6. text. in authent. de exhib. reis. in fine. Item quia nihil refert, quid ex æquipollentibus fieri. l. si mater. C. de in liti. & substit. Nam tantum operatur vna citatio, de quibus supra, quantum trina, vt expositum est.

Aduertendum summoperè est, quod ista lex Regia non exigit illam trinam citationem ad primum, & secundum decretum, sed quae debet interuenire, vt ad illud perueniatur, & sic sufficiat contumaciam fuisse in causa principali, scilicet in citatione facta, vt ad libellum respondeat. Et hoc est, quod voluit probare Bologni. vbi supra, in quantum dixit posse attentari ad primum decretum nullam requiri citationem. Et hoc mihi probat l. 1. & l. 2. tit. 8. parti. 3.

Nec praetereundum censeo, retenta communi sententia, de qua supra, quod hodie videtur sufficere vna citatio, vt perueniatur ad primum, & secundum decretum. per l. 2. & 3. iuncta. l. 4. in leg. de Madrid. vbi non requiritur, quod dicatur peremptoria, sed vna sola citatio semper est peremptoria, nec expectatur alia ad constituendum in contumacia. Ceterum, salua veritate, crederem illas leges solum habere locum in auditoribus Regijs, & sic in Cancellaria, quia in eis expressè loquuntur, & non in alijs. Cuius ratio potest esse: quia cum ad eos deuoluatur lis per appellationem, & partes sint iam citatae in prima instantia, non est necessaria toties repetita citatio, nec cum tanta solennitate: & quauis dictae leges intelligi possunt in alijs iudicijs, nunquam in eis practicaur.

Quero. 11. Vtrum citatio ad primum, seu secundum decretum sit facienda ad partis petitionem? Respond. quod sic. Barto. in dict. §. Iulianus.

column. 2. Et ideo secundum eum debet apparere in actis, quod ad instantiam talis iudex citationem fieri iussit, alias non valeret. Pro quo est singulari gloss. in l. sancimus. verb. contumacia. C. ad Trebelli. De quo per Alexan. in dict. §. Iulianus. numero. 11. Et hæc est communis opinio secundum Bologni. ibi. col. 19. glo. in l. fin. verb. postulat. C. de bon. autho. iudi. possi.

Hoc tamen limita non procedere in casibus, quibus iudex posset suum officium non petitum impertiri. secundum Imol. in d. §. Iulianus. Quos casus ponunt Barto. Alex. & Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicio. ff. de dam. infect.

Quero. 12. Citatio an debeat esse certa? Respon. quod sic, alias non tenet, vt vigore ipsius perueniatur ad primum, vel secundum decretum, adeo, vt si citatus esset quis peremptorie ad audiendam voluntatem iudicis, non valeret vt obscura, & inde terminata citatio. gloss. not. in Clem. Sa. pe. infra. de verb. signifi. verb. ad id. Roma. in d. §. Iulianus. nu. 23. & Imol. in cap. consulum. de offi. delega. Et ad evitandas opiniones consilium erit, vt citatio fiat, declarando in ea omnes actus, ad quos fit, & sic periti iudicis faciant.

Vltimò hæc citatio debet fieri in persona, nec sufficeret fieri ad domum, si persona reperiri potest. glo. mag. in princ. in c. causam qua. de dol. & contuma. Cuius sententia est communis secundum Panormi. ibi. num. 5. De quo multa per Bar. & Alexan. in l. 4. §. prator ait. ff. de dam. infect. glo. in ca. quoniam frequenter. §. fin. autem. vt lit. non contest. Item citatio ad domum non inducit veram contumaciam, & ideo condemnatus potest appellare infra decem dies à tempore sententiae. Rotam antiq. decisio. 499. & hæc. l. in fi. dicit. *Y el dicho señor don Alonso en se gonía año de veynte y quatro, ordeno, que para que el emplazado se pueda dezir rebelde para q' lugar aya la dicha ley, se requiere que sea emplazado en persona.* Et sic requirit personalem in dultriam, & non sufficit, quod eius procurator citetur. secundum glo. Montalui. in l. 5. tit. 3. lib. 2. foro legum. Sed huc verfic. intellige in primo iussu, scilicet, quando est proferenda sententia diffinitiva. Sed ad mittendum aliquem in possessione ex primo, vel secundo decreto sufficit citatio ad domum. Et est notandissimus intellectus ad istam constitutionem Regiam. Vel non loquitur nisi in missione ex primo decreto, non secundo. Vel quando proceditur ad receptionem tertium, tanquam si lis esset contestata. Et ita debet intelligi. l. 108. tit. 18. part. 3. quae ait de ista citatione personali saltem semelfacta, quod non requiritur de necessitate in primo decreto. Gregor. Lopez in l. 1. verb. non queriendo. tit. 8. parti. 5. Et in d. l. 108. verb. a su persona. Adde quae norat Ludou. Bologni. in

gni. in l. si finita, §. Iulianus. num. 115. ff. de damno infecto.

Quero. 13. An requiratur libellus ad hoc vt primum decretum interponatur antequam quis citetur? Barto. in d. §. Iulianus. nu. 5. tenet quod sic, alias non valeret decreti interpositio secundum eum. Cuius oppositum tenet Imol. ibi, respondens ad iura facientia pro Bart. Sed Paul. Castr. ibi adhæret Barto. dicens, quod quantum ad hoc, vt reus teneatur comparere, & possit multari si non compareret, non requiritur quod praecedat libellus citationem, per allegat. per Barto. Alexan. tamen ibi. nu. 20. dicit post multa, quod valet citatio etiam non praecedente libello, vt possit perueniri ad primum decretum, dum modo post citationem offeratur libellus. Et hæc videtur verior, & frequentior opinio.

Verum autem in ipsa citatione debeat inseri tenor libelli, vide Barto. cum docto. in authen. offeratur. C. de lit. cōtest. post alios, quos refert Alex. vbi supra. nu. 19. Angel. & Salicet. in dict. authen. concludunt post antiquos, quod debet inseri in citatione tenor libelli, saltem in substantia. Quo opinio non est vera secundum Alex. vbi supra. col. 6. num. 19. ad fin. & Bologni. colum. 14. Pro quo est glo. in capi. praeterea. de dilati. quam ponderat ad hoc Panormi. ibi.

Quid tamen operetur, si copia libelli mittatur in citatorio? Vide Bologni. vbi supra. Hodie habemus legem. 1. de Madrid, quae inquit, quod ante citationem debet libellus dari iudici, & eius copia mitti in citatione. Quam intelligo in auditoribus Regijs, in quibus expressè loquitur, & si in alijs iudicijs loqueretur, non vitiaretur propterea iudicium per supra dicta. In practica autem bonum esset consilium dictam legem seruari in quibusvis iudicijs in causis, magni ponderis, quauis contrarium semper practicetur.

Sed an post primam citationem, & libelli oblationem requiratur alius libellus, in quo actor petat se mitti in possessionem? Dic quod non. Barto. in dict. §. Iulianus. num. 20. cum quo magis communiter transeunt scribentes secundum Bologni. ibi. num. 89. qui bene, ac fuscè loquitur. Quod intellige de libello solenni in scriptis, sed bene debet fieri aliquis petitio, saltem verbalis, vt redigatur in actis per notarium. vt per Imol. in d. l. si finita. §. si plures. de quo per Alex. in l. 1. ff. de ede do. doct. in d. auth. offeratur. C. de litis contesta.

Quero. 14. An requiratur, quod ad hoc, vt perueniatur ad primum decretum, vt actor in iudicio coram iudice in quolibet termino citationis compareat, & rei contumaciam incuset? Respon. quod sic. glo. & ibi Bart. num. 9. in dict. §. Iulianus. tex. in l. 1. proferendum. §. & h quidem. C. de iudi. & quod in fine termini debeat accusari. l. 3. de Madrid. Est

etiam necesse secundum Barto. num. 10. quod actor licentiatu à iudice recefferit, & quod hoc redigatur in actis. De quo latissimè per Alexan. ibi num. 25. & 26. licet satis confusè. & Bologni. ibidem. col. 16. in fin. communiter cum Barto. transire docto. ait.

Quero. 15. Vtrum requiratur cognitio de debito antequam iudex pronuntiet aliquem mittendum ex primo decreto? Et respon. quod sic. Tex. & glo. in l. 2. C. vbi in rem act. & in cap. quoniam frequenter. §. fin. vt lit. non contest. vbi glo. dicit, quod illa causae cognitio debet esse semiplena. Et cit. glo. in l. cum proponas. C. de bo. autho. iudi. possi. Dicendum est, ommissis opinionibus, quod ad missionem ex primo decreto in reali, vt missus solam constituatur detentator, non possessor, nulla est necessaria cognitio, etiam summaria causae principalis, vel saltem sufficiens iuramentum de calumnia. Sed vt constituatur verus possessor, requiritur cognitio talis summaria cum probatione semiplena, vel ferè tali. Et idem in actione personalitiam ad primum decretum. Requiritur tamen vera probatio ad bonorum venditionem, vel dationem in solutum secundum Panormi. in dicto. §. in alijs. num. 31. cap. quoniam. vt lit. non cōtest. Cuius opinio verior videtur.

Quero. 16. Vtrum actor debeat iurare de calumnia in ipsa missione faciendâ, & antequam mittatur, etiam si prius iuramentum praestitisset? Respon. quod sic. Cui. in l. cum proponas. C. de bonis author. iudi. possi. Spec. & Ican. Andr. in additio. titu. De primo & secundo decreto. §. penulti. ad fin. Panor. in dict. c. quoniam. §. fin. col. 13. Alexan. in d. §. Iulianus. nu. 37. quasi hæc videatur non instantia, & nouus processus, quia prima expe diebatur iure actionis, hæc autem iudicis officio nobili, vt supra dixi.

Quero. 17. An hoc iuramentum, quod praestat mittendus in possessionem sufficiat ad totam causam, quando prius non erat praestitum, vide distinctionem Panor. post glo. ibi in dict. ca. quoniam. §. in alijs. col. 13. versicu. Circa hoc. Et ad vtrunque praecedens dictum vide. l. 2. titu. 8. parti. 3. ibi, *Pero antes que el judgador haga hazer la entrega por alguna de las razones suso dichas, deve dezir al demandador, que muestre algun recabdo porque se mouio a emplazar, y hazer demanda contra el demandado, al menos deve tomar jura del, que el juramento, y demanda que le fizo, no se mouio a hazerla maliciosamente, mas por que tenia que la podia hazer con derecho.*

Ex qua lege probatur, quod loco illius summariae cognitionis sufficiat iuramentum de calumnia. Probatur etiam, quod iterum de calumnia non est iurandum de necessitate, cum vnum, aut alterum alternatiuè fieri probat & iubet lex, ad cuius

veritatem

veritatem alteram partem sufficit esse veram. I. si is qui duceta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Sed propter hoc non ducendas ab statutis iuris cōmunis. Quia ex mente illius legis videtur fuisse, quod iuretur de calumnia, si non fuerat iuratum. Quod colligitur ex illis verbis, *que elempuzamiento, y la demanda.* Quod autem lco summariz cognitionis sufficiat iuramentum de calumnia, videtur aperte velle prædicta lex. Cogitabis altius super hoc.

Quid autem facere debeat iudex prædictis præcedentibus? Respon. quod pronuntiare debet per sententiam interloquutoriam actorem mittendum in possessionem rei petita; quia agebatur actione reali: si verò in personali, in bonis debitoris pro modo & qualitate debiti declarati. vt in dicta authent. ei qui iurat. & in dicto. §. in alijs. & in l. secunda. tit. octauo. parti. 3. text. in authen. de exhib. reis. §. quia verò semel. verificul. agitur. collatione quinta. text. hic. Licet olim fieret missio in omnibus bonis debitoris. vt in l. prima. ff. ex quibus caus. in poss. eatur. gloss. in dicto. §. quia verò semel. nisi in casibus, quos posuit Specula. de contuma. §. quarto. verificul. Sequitur. non tamen exigitur, quod res præcisè tantum valeat, quantum quantitas, quæ petitur, sed quod etiam debeat res pluri valere. iuxta gloss. in dicto. §. quia verò semel. verb. secundum mensuram. ad finem. & gloss. in l. 2. C. de pignor. moder. in l. creditor. i. ff. si cert. petat. & si seruatur de consuetudine. Panormi. d. §. in alijs. nume. 35.

Quæro. 18. Quæ sit practica pronuntiandi tam in primo, quam in secundo decreto. Est videnda per Panormi. capi. 1. de eo qui mitti. in poss. causa rei seruau. nu. 8. l. 2. tit. 8. part. 3. & ibi nouissimè Grego. Lopez aliqua notata digna scripsit. Istud verò decretum debet interponi in vltima die peremptorij, & de æquitate poterit expectari in die sequentem. per text. in capit. consuluit. de offi. de leg. Tenet Bart. in dict. §. Iulianus. nume. 26. opinionem cuius communior dicit Alexand. nume. 48. & Bologni. colum. 48. Michael colum. 46. Adde Deci. in dict. capitul. consuluit. numer. 20. quod si tunc non interponatur, debet iterum partem citare, quia aliàs videretur interpositum parte non citata. De quo per docto. in dict. capit. consuluit. Angel. & Imol. in l. de vnoquoque. ff. de re iudica. Barto. tamen in l. cum non eo die. C. quando prouo. non est necesse. Et Paul. in dict. §. Iulianus. dicunt, quod si reus esset contumax, ita, quod nunquam compareat, iudex poterit quandoocunque velit post peremptorium interponere decretum sine citatione. Et hoc auctoritate Hostien. cuius fuit sententia in capitu. cum dilecti. de dolo

& contuma. Et multoties ita practicatur, licet præcedens sit melior opinio.

Executionem verò primi decreti nō solum potest iudex officiali mandare, sed etiam ipsi parti, vt propria auctoritate possessionem ingrediatur. Barto. in dict. §. Iulianus. nume. 21. & idem docto. secundum Bologni. ibi colum. 43. cum sequent. & Vlcurrum colū. 56. per Alexand. latē in l. iustē possidet. ff. de acquirend. possel. num. 13. Lex verò Regia. 2. ad fin. titu. 8. part. 3. dicit hanc missionem faciendam per ipsummet iudicem, vel per executorem ab eo deputatum ad hoc. Et non solum potest interponi illud decretum contra maiores, sed etiam contra minores, ecclesias, vel absentes ex probabili causa, vel necessaria. vt Alex. probat in d. §. Iulianus. nu. 60. cum seq. & adde. l. 5. de Madrid. Illo ergo decreto sic interposito, & actore in possessionem missio, si reus venit intra terminū statutum de iure communi. de quo per gloss. & docto. in dict. §. Iulianus. per text. & scrib. in d. §. in alijs. capi. quoniam. & in l. 6. titu. 8. part. 3. & in hac regia. l. ordinam. cui in forsecularij standum est, recuperat suam possessionem, soluens expensas, & præstat idoneam cautionem de parendo in iudicio, quæ debet esse cum fideiussore, iuxta glo. cum communi in dicto. §. in alijs. verbo. cautionem. & in capit. primo. de sequētra. possel. & fruct. Expressa lex est. 6. tit. 8. part. 3. Et debet soluere expensas, quas pars iurauerit se expendisse, subsequēta iudicis taxatione. vt in l. sancimus. C. de iudi. notat gloss. & docto. in cap. cum venissent. de eo qui mit. in poss. causa rei seru. & dict. l. 6. titu. 8. part. 3.

Si verò intra prædictum tempus non compareat reus, tunc iudex ad partis petitionem procedat ad secundum decretum: & si compareat, audiet illum super proprietate, nō autem super possessione. vt in iuribus supra citatis.

Item est notandum, quod secundum decretum est iterum reus citandus. gloss. & ibi Bart. nu. 27. in dict. §. Iulianus. Si verò ille non reperiatur, an sint citandi cognati, vel vicini de necessitate? Respon. quod nō. Quam sententiā vt receptorie teneas per Alexā. in l. si finita. §. Iulianus. nu. 52. cum seq. Et ibi Bologni. colū. 52. & Vlcur. colū. 73. Deci. post alios in c. consultationibus. de offic. delegat. Pan. post gloss. ibi in cap. causam quæ. nu. 14. de dol. & contuma. nisi in certis casibus, de quibus per eos, scilicet, quando interponitur contra absentem & minorem. & c. Quod autem sint citandi, probatur in l. i. tit. 7. part. 3. quæ videtur approbare opinionem minus comunem.

Quæro. 19. Vtrum latitatio requiratur vt ad secundum decretum perueniatur? Dic requiri. l. Fulcinius. ff. ex quib. caus. in poss. eatur. Licet ad pri-

um non requiratur secundum communiorē opinionē. vt per Bart. in d. §. Iulianus. nu. 29. cum seq. & ibi per Alexand. nu. 54. cum seq. vbi etiam subdit, quod si missus ex primo decreto non latitat, nec habetur pro latitante, iudex potest dare curatorem bonorum, vt procedat actor via ordinaria. per l. ab hostibus. ff. ex quib. causis maior. quod est perpetuò menti tenendum secundum Panor. in capitu. fina. De eo qui mitti. in possel. causa rei seru. nume. 10.

Vigesimò quæro. Qualiter, & intra quod tempus secundum decretum interponatur? Respond. quod his præactis, de quibus supra. iudex actorē mitti in possessionem iubet ex secundo decreto, cognito prius debito, id est, semiplenè probato. secundum Bar. in d. §. Iulianus. num. 39. Et ita communiter tenetur. vt per Vlcur. ibi. col. 103.

Sed hodie iure regio nō videtur necessaria ista cognitio, quia ipsamet lex facit missionem. vt in l. hac vnica cautum existit. Et intra quatum tempus debeat interponi secundum decretum? Dic, reiectis aliorum opinionibus, quod iudicis arbitrio relinquatur. glo. in d. §. Iulianus. & ibi Bart. nu. 39. Quæ opinio est cōmunis secundum Ange. Imol. & Alex. ibi. nu. 85. & secundum Doct. post glo. in d. ca. consultationibus. de offic. deleg. & dixit cōem Pan. in d. §. in alijs. nu. 41. Sic etiam iudex intra annum poterit interponere secundum decretum. Sed an hodie stante ista lege regia erit verum, vt possit arbitrio suo intra breuius tempus interponere? Dicerem intrepidè quod non: quia in hac lege illud tempus videtur traditum pro forma. & adeo breui, vt non fuerit de eius mente, quod possit alio quo modo præueniri, cum in reali tantum detur tempus duorū mensium, in personali verò vnus.

Vigesimò primò. Vtrum iudex possit interponere secundum decretum in alia re, quam in illa, in qua fuit interpositum primū decretum? Tene opinionem Bar. in l. cum nullus. §. fin. cum l. seq. per illum tex. ff. de bonis auth. iudi. possi. vbi concludit, quod potest fieri, præterquam quando fit ex causa, quæ tantum vnā rem respicit in causa dāni infecti, & in causa noxali. Ex quo infert ipse, quod si res, in qua est missus creditor, non est sufficiens, poterit per secundum decretum suppleri in alia re. Et in hac opinione sunt plures, quos refert Alexand. in dicto. §. Iulianus. nume. 78. vbi num. 79. dicit hanc opinionē veram, quum id quādo post secundum decretum veniret reus esset audiendus intra biennium, vt recuperet rem suam, in qua interpositum est secundum decretum, soluendo de bitum, & expensas creditori. Barto. in dicto. §. Iulianus. nu. si. per text. in l. si. C. de iure dominij impet. Tu tamen dic, quod vbi res est data in solutionem, & sic adiudicatum dominij iudicis autho-

ritate, quod postea nullo modo auditur. secundū gloss. in cap. contingit. de dol. & contum. & nota. glo. fin. in dict. §. in alijs. glo. in l. 2. vbi in rem acti. & in l. properandum. §. in autem reus. C. de iudi. & est communis opinio secundum Alexand. in dict. §. Iulianus. num. 122. Bologni. colum. 102. Vlcur. col. 149. Quæ faciūt ad ea quæ notati in l. 4. in gloss. i. verific. dubitari præterea solet quantum tempus. titu. 8. lib. isto. 3. pagi. 1072.

Ad dict. l. fina. respondent docto. quod habeat locum, quando quis non seruauit iuris ordine impetravit dominium aduersarij sui a Principe, aliàs autem si sibi sit adiudicatum per illud secundum decretum, iuris ordine seruato, non habet locum illius iuris dispositio. Et ita est tenendum. Quam opinionem videtur etiam approbare. dict. l. 6. titu. 8. parti. 3. quæ ponit duos modos interponendi secundum decretum. Dicit namque: Primò vendantur bona, & fiat solutio creditorum: & si non reperiatur emptor, dentur bona restimata in solutionem creditorum. Et sentit prædicta lex aperte, quod post venditionem, vel dationem in solutionem, nullo modo reus audietur. Et idem vult nostra regia lex. Et addit, quod si res minus valeat, quod petita quantitate reus cogatur soluere.

Notandum tamen est, quod licet in illis legibus non fiat mentio aliqua de probatione, quæ in secundo decreto exigitur, vt supra dictum est, quod illa nihilominus debet interuenire, sicut iure communi exigitur. Inspicienda tamen sunt verba legis diligenter, quæ ponunt ordinem quo ad primum & secundum decretum perueniatur, & secundum decretum perueniatur, & nihil de probationibus dixit. Neque prætereundum est, quod si reus post secundum decretum veniat, dicens se velle probare ex causa falsa fuisse interpositum, quia debitum non suberat, vel quia pro illo debito obstat exceptio, est audiendus. secundum Bartol. in dict. l. Fulcinius. §. 2. De quo per Barto. in dict. §. Iulianus. in fin. verbis.

Quæro. 22. in quibus actibus, vel causis interponitur primum, vel secundum decretum? Ad quam quæstionem dicendum est, quod in omnibus ferè causis, ex quibus agere possumus, & sic in omnibus actionibus personalibus, & alijs, de quibus per Speculat. titu. de primo & secundo decret. §. videndum. quasi per totum. per Alexan. remissiuè in d. §. Iulianus. nu. 95.

Quæro. 23. Qualiter missio fit facienda in seruitutibus. Vide doct. in l. si prius. ff. de noui. ope. nuntiatio.

Quæro. 24. Qualiter etiam in spiritualibus, & beneficialibus. Vide per doctores in cap. contingit. de dolo. & contuma. vbi optimè per Panorm. num. 11. cum seq.

Quæro

Quero. 25. Qualiter in criminalibus? Ponit Specula. tit. De accusatore. per totum. docto. in. l. absentem. C. de accusa. in. l. absentem. ff. de poen. De iure regio. in. l. 7. titu. 8. part. 3. & in. l. 4. tit. 3. lib. 2. for. & in. l. 9. titu. 2. supra. lib. 3. & in pragmati. regum Catholicorum. fol. 163.

Dubitatur praterea. 26. In quibus rebus fiat missio? Respon. quod in actione reali, in re petita, in personali autem actione, fit missio in rebus de bitoris pro mensura debiti declarati. Et primo in rebus mobilibus: que si non sint, in immobilibus: & si defuerint mobiles, in iuribus, & actionibus. argum. text. in. l. à Divo Pio. §. in venditionem. ff. de iudica. & est glo. que ponit huc ordinem in auth. de exhi. reis. §. si verò semel. verb. rerum. col. 5. text. & glo. in dict. §. in alijs. & ibi Panorm. num. 34. l. 2. titu. 8. part. 3. Et illius glof. practicum ponit Salicet. in dict. authen. ei qui iurat. Et Specul. titu. De primo & secundo decret. §. restat. post princi. De quo late per Alexand. & Iaf. dict. §. in venditione.

Adde etiam, quod fit missio in seruis, & vassallis, & iuribus prohibitis alienari in vitacius, qui ea possidet: nam heredi non paratur præiudicium. Quod est notandum in praxi pro rebus maioratus. Et in rebus, in quibus habet usus fructum, fit missio ex secundo decreto, ut missus habeat commoditatem, non tamen nocebit hæc missio proprietario. De quibus omnibus & alijs vide Bald. & Salicet. in dict. authen. ei qui. Grego. Lopez. in. l. 2. verbo. in tantos bienes. titu. 8. part. 3.

Quero. 27. an in reali habeat locum missio ex secundo decreto? Glo. in. d. §. Iulianus. dicit quod non, per rationes adductas. Et idem glo. in. d. §. in alijs. per solum transcursum anni efficitur quis verus possessor in ea, cui est simile in capi. contingit. de dolo & contuma. que procedunt ad hoc, ut constituatur missus post annum verus possessor. secundum communem, quam sequitur Panorm. in. d. §. in alijs. col. 7.

Sed ad hoc, ut præfiniatur certum tempus à iudice reo ut agat de proprietate, alias imponatur ei perpetuum silentium super illare, est necessarium secundum decretam, secundum Panormi. in. d. §. in alijs. col. 18. Imol. in. d. c. contingit. de dol. & contuma. Bart. in. d. §. Iulianus. nu. 32. Et hanc opinionem testatur esse communem Alexand. num. 114. quod ibi late examinat. Latijs Bologni. col. 74. cum sequentibus. vbi refert plures tenentes contrarium, tandem concludit prædictam communem esse veram.

Vno tamen casu posset interponi secundum decretum ad effectum transferendi veram possessionem, scilicet, ante lapsum anni, ut sicut potest interponi secundum decretum in personali ante la-

plum anni arbitrio iudicis, ut supra diximus: ita etiam in reali, quo casu secundum decretum non est ad cautelam, sed necessarium, & maxime potest fieri per iniuriam rei contumaciam. argum. l. Fulcinus. §. si. ff. quib. ex cau. in poss. ca. Ita bene Panormi. in. c. 1. de eo qui mitt. in poss. cau. rei seru. num. 6. Hoc tenent omnes, & probant secundum Bologni. vbi supra. col. 60. cuius dictum non haberet locum iure regio per hanc legem, ut supra fuit tactum in quaestio. Qualiter, & intra quod tempus secundum decretum interponi, &c.

Quero praterea. 28. quis sit effectus primi & secundi decreti? Et effectus primi in fronte ponamus, cuius primus effectus est, quod talis nullus efficitur possessor in actione reali. ut in. l. si quis emptionis. §. pen. C. de præscript. 30. anno. Secus in personali. ut. l. cum legati. ff. ex quibus cau. in poss. ca. l. 3. §. fin. ff. de acqui. poss. Et quod in reali efficiatur possessor intra annum de iure cui licet reuocabiliter, est communis opinio legistarum in dict. §. Iulianus. & in. d. authen. ei qui. & in dict. §. in alijs. Et ita asserit Bologni. vbi supra. col. 66. in fin. Guido Papa. De primo & secundo decreto. nume. 17.

Quod intra annum tantum detineat, & non sit verus possessor, est sententia glo. in dict. §. in alijs. verb. verus. & ibi communis. glof. etiam & communis in cap. contingit. de dol. & contuma. glof. etiam cum communi in ca. pastoralis. §. preterea. de offic. ordina. Bologni. vbi supra. col. 72. Mich. Vlcur. col. 127. Arcti. & Vincen. in dict. l. 1. §. fina. ff. de acqui. poss. Quæ opinio Canonice iure regio est probata in. l. 6. titu. 8. parti. 3. & in nostra regia lege. Nullam tamen esse differentiam inter vtrunque ius, contendit probare Bologni. vbi supra. col. 67. Has opiniones tetigit. Grego. Lopez. non tamen eas declarauit in. l. secunda. titu. 8. part. 3. verb. *metido en tenencia*. Latijs dixi infra in glossa secunda.

Sed an sit possessor, an non, effectus est magnus. ut per Alexand. in dicta. l. tertia. §. fina. ff. de acquirend. possessione.

Talis ergo missus non lucratur fructus intra annum, nisi de hoc esset consuetudo. secundum glo. in authen. de exhib. reis. §. si. verb. seruandi causa. colla. 5. Quam tamen reprobatur Barto. in dict. §. Iulianus. numer. 50. quia talis consuetudo ut contra ius diuinum, sapit enim vsurariam prauitatem. Alexand. tamen ibi per bona fundamenta probat opinionem illius glof. post alios per eum relictos numer. 106. & sic valet in hoc consuetudo, seu statutum secundum eum, ea ratione. Quia si iudex potest hoc facere ex nimia contumacia. ut in dicta. l. Fulcinus. §. fina. ergo statutum, vel consuetudo poterit idem regulariter operari. ergo missus ex

fructus ex primo decreto non lucratur fructus text. singu. in. l. fina. titu. 8. part. 3. Alios effectus primi decreti posuit Guido Papa in tracta. De primo & secundo decreto. num. 17. Alciat. in pract. sua. fol. 62. colum. 1. vbi ponit. 10. effectus. Vlcur. in. l. si finita. §. Iulianus. numero. 236. ff. de damno infecto.

Effectus autem secundi decreti est, quod per illud possunt res vendi ipsius debitoris, & creditoribus satisfieri, ut dixi supra.

Secundus effectus est, quod possunt res in solutum dari, & tunc si erant debitoris, statim efficitur creditor possessor, & dominus si verò non erat dominus, transfertur in eo vsucapiendi conditio. Communis opinio in. l. pratoris. ff. de damno. infecto. & in. l. 3. §. fina. ff. de acquirend. poss. Et

Tertius effectus, quod missus ex secundo decreto, lucratur fructus. glo. & Bart. in dict. §. Iulianus. & communis in locis præcitatatis.

Sciendum est ulterius, quod si missus ex secundo decreto lucratur fructus, in reali post annum veniens non auditur, nisi super proprietate, & sic fit de reo actor. text. est communis in dict. §. in alijs, auditur inquam super proprietate vsque ad. 30. ann. secundum omnes in. l. 2. C. vbi in rem actio. Bologni. vbi supra. col. 74. in fin. in dict. §. Iulianus.

Si verò interponatur secundum decretum eo modo, quo supra aperuimus, scilicet, ut iudex statuatur terminum, quo elapso, imponatur ei silentium, tunc etiã super proprietate non auditur. Bartol. & communis in. d. §. Iulianus. Alexã. hanc dicens cõem in. d. l. 3. §. fin. ff. de acqui. poss. nu. 29.

Si verò missus in possessionem personalem veniat post rerum venditionem, vel dationem in solutum, non auditur aliquo modo: si autem antequàm bona vendantur, auditur reus volens sua bona recuperare, restitutus ex pensis, & præstita cautione de iudicio sili. glo. si. & ibi communis in ca. quoniam contra. §. in alijs. expressã. l. 6. tit. 8. part. 3. in fin.

Quero. 29. Intra quantum tempus audiatur? Dic, quod illi iuri offerendi non præscribitur spatium minori, quàm. 30. annorum. glo. in. l. cum notissimi. C. de præsc. 30. vel. 40. an. §. eo autẽ. & in. l. piagnori. ff. de vsucap. Hanc communem fatetur Iosã. Imol. in. d. §. in alijs. nu. 39. Balb. in tract. de præscrip. 4. par. 5. princ. col. 3. licet Iosã. Andree. Anto. & Panorm. in. d. §. in alijs. dicant quod iuri offerendi debitum ad recipiendum pignus, non potest præscriptio. opponi etiã triginta annorum. facit, nam omnis actio spatium. 30. annorum tollitur. l. sicut. & l. si. C. de præsc. 30. vel. 40. anno. l. 2. C. de consti. pecu. Et comprobatur ex Tiraquell. d. retract.

libr. 1. §. 36. glo. 2. nu. 36. cum seq. vbi plures decisiones adducit, quæ possunt hic adaptari pro confirmatione illius dicti. & per eundem in tract. de primogeni. q. 31. num. 1. cum seq.

Praterea quod præscribitur iuri offerendi triginta annorum spatium, probatur ex Angel. Perusi. consil. 55. col. 2. num. 3. vbi tenet, quod ius offerendi pretium in contractu de retrouendendo sine præiudicatione tẽ potis, præscribitur per. 30. annos. Iaf. in. l. petens. nu. 10. C. de pact. & in. l. si mater. C. de insti. & substit. Tiraquell. qui plures concord. ad hoc citat. in tract. de retract. lib. 2. §. 1. glo. 2. nu. 7. & Anto. Gomez in tract. de contractibus. cap. 2. num. 28. vbi refert istam esse veram & communem opinionem. & Balb. de præsc. in. 4. par. 5. princ. q. 3. nu. 5. & Hierony. Cagno. in rep. l. 1. num. 43. C. de pact. interempt. & vendi. Et sic pro prædicta cõ opinionem.

fertur. 2. q. sicut miles seculi non tenetur eedere bonis: ita nec etiam miles Christi. ex glo. in l. mi les. ff. de re iudi. de quo in cap. Odoardus. de solu. diximus in prædict. gloss. l. colum. 107. versic. ex quib⁹ aliud emanat. Deducitur tertio, quod sicut pro sententiæ executione non sunt capienda stipendia militum: ita etiam non sunt capienda stipendia clericorum, & sic militum Christi. gloss. in l. stipendia. C. de exec. re iudica. Inferitur. 4. ad glo. decisionem in l. 2. §. miles. in verb. Sacramen to. ff. de his qui not. infami. dicentem, quod sicut infamia priuat aliquem militia seculi, ita etiam priuat eum militia celesti. & illam glo. sequitur Panor. in. c. querela. de iure iur. dicta fuerunt ex vi huius argumētī in. d. l. 1. in glo. l. colū. 107. & 108. tit. 3. lib. 1. supra. & eo ipso, q. assumpsit sacerdotium, de ignobili efficitur nobilis sacerdos. Ioan. And. in cap. eod. libentius. de seru. non ordi. Chafsan. in catalogo gloria mundi. in. 8. part. confider. 26. Tiraquell. de nobilitate. c. 9. text. omnium insignis. in. l. 2. C. vt nemo priuat. tit. prædij suis. vel alien. in. p. imò probat, q. clericus est plusq. nobilis. vt aduertimus in. l. 1. in glo. l. col. 110. versiculo. Est & aliud. tit. 3. lib. 1. supra.

Ad vnum in hoc aduertendum est, q. in omnibus non valet argumentum de milite seculi, ad militem Christi. Sunt enim pleraque, quæ militibus seculi congruunt, quæ non congruunt militibus Christi, vnde hæc argumentatio non est semper assumenda. Ita Panor. in. cap. 1. notab. 3. de cler. ægrotant. Quantum autem ad ipsum actū præliandi, qui conuenit militibus seculi, miles Christi omnino secernitur à milite seculi. Non enim se debet præliis immiscere, etiam contra infideles vt probatur in. c. ex multa. de vot. Imò Panor. dicit in ca. h. nota. 1. de cler. coniugat. q. si quis clericus in minoribus cõstitutus promouetur ad secularem militiam, & facit actum contrarium clericatui, vt quia exercet sæua, seu iuit ad bellū, immediate perdit priuilegiū clericale, quia ista sunt contraria. Vnde ex quo elegit contrariam vitam, fuit à prima ipso facto exclusus. & ita etiam sentit Innocen. in cap. 1. de ap. Excluditur enim clericus à priuilegio suæ clericaturæ, & sic à priuilegio fori ecclesiastici, si sponte probetur ad bellum iuisse militandi causa, secus si tantū quis efficeretur miles seculi, sed non exerceret sæua, nec alium actum prorsus contrarium clericatui, nec etiam iuraret se non euiturum mortem pro re. publi. prout diximus communiter q. milites iurare solent: quia istis concurrentibus, nõ exueretur priuilegio clericali. secundū Panor. in cap. fin. nu. 1. de cler. coniugat. Et secundū hoc est explicanda & intelligenda glo. in cap. qualiter. de cler. non residentib. quæ simpliciter sentit, q. cleri-

cus si efficiatur miles, perdit beneficium. Nam intelligitur, si immisceat se sæuis, vel cat ad bellum militandi animo. Panor. in dict. c. qualiter. Quamuis doct. in ca. ex tua. eod. tit. sentiant simpliciter cū opinione prædictæ glossæ. & secundū Imol. in ca. qualiter. nu. 4. transeunt communiter doct. cum opi. glo. ibi. de cler. non resid. & ibi Ioan. de Anani. nu. 4. dicit eam glo. notabilem esse.

Tertia est militia legalis, nempe aduocatorum, qui pro rep. militare dicuntur. l. aduocati. C. de aduocat. diuers. iudi. Has tres militias ponit glo. ordinaria. in l. pen. ff. de testam. milit. & de aduocatis vide quæ dixi in. l. 1. tit. 19. libr. 2. supra. Postremò addi etiam potest alia militia animæ, de qua dicitur, Militia est vita hominis super terram. c. 1. versic. & quia. de consecr. dist. 11. c. 5.

Quæritur vtrum descendens ex nobili genere, sit præsumendus nobilis, & virtutis studiosus, sicut est conuerso? Respondendum est q. sic: nam ex bono, bonū regulariter gignunt. in xta illud, Arbor bona non potest malos fructus facere: nec arbor mala fructū bonos facere. Marthæi. 7. Alciat. in tract. de præscriptiō. regul. 1. præsumptio. 48. nu. 1. Ioan. Neuzan. plura refert, quæ ex parentum origine præsumuntur in filios traduci in libro. 2. Syluæ nuptialis. nu. 115. versic. dicunt bene natam. Andræ. Tiraquell. in leg. 7. de iure mariti. in princ. fo. 104. col. 2. cum seq. Fortuni. in repe. l. Gallus. in princ. col. 50. ff. de libe. & posth. Qui omnes adducunt tex. in. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de aditi. edict. vbi Vlpia. ait. Qui mancipia vendunt, nationem cuiusq. in vèdictione pronunciare debent. Plerunq. enim natio seruiant prouocat, aut detinet emptorem. l. de iro contra infideles nostra scire nationem. Præsumptum etenim est quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamata: quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Andræ. Tiraquell. de nobilitate. c. 20. nu. 21. versic. Cuius rei rationem. Et sic nobilitas proueniens ex sanguine antecessorum illustrior est, quam noua causata ex priuilegio principis, prout est inter filios de algo, & illos, qui dicuntur milites armata: militia, dum tamen vnà cum nobilitate parētum isti nobiles antiqui non sint degeneres à maiorum nobilitate, alias nobilis virtute tantū est præferendus ei nam vbi non est virtus, non datur nobilitas. Qui ex genere nobili venit, præsumptione dicitur nobilis. Cyn. in. l. prouidendum. C. de postuland. Tiraquell. vbi supra. capitulo vigesimo. numero vige simo primo. qua cessante, aperte omnino nobilis non est dicendus. vt late probat Andr. Tiraquell. de nobilitate. capitulo. 22. numero primo. Præfatio ergo est nobilitas, quæ contingit ex claro sanguine vel genere iuncta simul virtute. l. secūda. tit. 21.

tu. 21. par. 1. Otalora de nobilitate. 2. part. c. 3. nu. 9. Quæritur vterius, vtrum militia sit dignitas: Videtur q. nõ, quippe cū libertus possit esse miles. l. libertina. conditionis. C. de liber. & eorum libe. & tamen hi dignitatem habere minimè possunt. l. omnes. C. de meta. lib. 12. Ideò militia & dignitas ponuntur tanquam diuersa. l. fin. C. qui militas poss. vel non. eod. libro. 12. ibi, dignitatem habere quemadmodū fuerit passus militiam. Ex quibus verbis colligitur satis militiam sub dignitatis vocabulo non comprehendi, alias irrisoria esset ibi similitudo, cum potius identitas diceretur. Sed nullū simile est idem. l. quod Nerua. ff. de posit. ergo econuerso nullum idem dici poterit esse simile. argu. l. si idem. cū ibi notat. C. de codicillis. Quòd non sit dignitas militia, voluit glo. in. l. vni. C. de equest. digni. lib. 12. Bart. in. l. ex eo repore. col. 1. nu. 3. ff. de testam. mili. & in. l. 1. nu. 83. versic. quartò inferitur. C. de digni. lib. 12. Iaso. in. l. si quis in conferendo. col. 1. num. 3. C. de pact. per tex. ibi, dum dicit, militia, vel dignitatis. propter alter natuam, quæ cadit inter diuersa. vt per gloss. in rubric. ff. si ager vel emph. pet. Bonus de Curtili. in tracta. de nobilitate. 3. part. numero. 148. Ioan. de Anani. in additioni. ad Signor. de Homodeis. in tract. vtrum præferendus sit doctor an miles. nu. 57. versic. sed militia non est. Amade. de Castello. in tract. de Syndicatu nu. 38. versic. an autem militia sit dignitas. & cum Bart. est opinio magis communis secundū Bonum de Curtili. vbi supra nu. 149. quamuis Ioan. Raynandus doctor Gallus antiquus in suo comprehensorio feudali sub titu. de nobilitate. teneat nobilitatem dignitatem esse. ex l. præclarā. C. de primiceri. libr. 12. ibi, præclarā nobilem q. militiam spectabiliū. C. de primiceri. lib. 12. Qui tex. nõ obstat, quia loquitur in militibus Romanis. argumento sumpto ex verbis illius legis, ibi, cum nihil reip. vtilitatis. Ponderādo verba illa reipublicæ. quæ simpliciter prolata, sumitur pro repub. Romana tantū. l. cum qui vestigal. in si. iunct. gl. ff. de verb. signi. sicuti cum dicitur, ius civile nullo alio adiecto intelligitur nē pē Romanorum. §. sed ius quidem civile. Insti. de iure natur. gent. & ciuil. quos quidem, vt prædicitur, solos nobiles iura disponunt, & communiter concluditur, vnde male concluditur ad reliquos prouinciarum, cum ex separatim non bene inferitur. l. Papinianus exul. ff. de mino. l. si. ff. de noxali. & iura loquentia in casibus particularibus, propter aliquam specialitatem non sunt trahenda in consequentiam. l. 4. & ibi not. ff. de fidei com. liberta. Nec etiam obstat tex. quem ipse citat in. l. inter alias. ibi, militari dignitate fruuntur. C. de palatinis sacra. largitio. lib. 12. quia etiam loquitur de militia Romana, quam, vt prædixi, so-

lam nobilitatem, & dignitatem connexionem habere restantur docto. vbi supra per tex. iuncta. gloss. in. l. vn. C. de eq. est. digni. lib. 12. Quòd autem in quātum voluit ibi lex, primicerios scholæ societatis sacrarum largitionū & tres primicerios tribu ni prætoriani seniorum militari dignitate frui, intellexerit de militia Romana, quæ, vt dictum est, secum habet dignitatem annexam, probatur ex eo: quia nulla legitur aperte militia per Imperatorem dignitate dotata præter militiam Romanam, de qua in dict. l. vni. C. de equest. dig. lib. 12. Quo fit, vt simpliciter de militia facta mentione per ipsum, intelligatur de illa. argum. tex. in. l. 2. ff. de liber. & posth. vbi indefinita locutio, quæ non potest referri nisi ad vnum, æquipollet singulari, & particulari locutioni. Et hanc partem tenet Alberi. in. l. milites. nu. 1. C. locat. & Alexan. in. l. diem functo. col. 4. nu. 4. versic. tamen puto veram esse opinionem. ff. de offi. assessorum, vbi alios plures allegat. & Tiraquell. de nobilitate. ca. 8. nu. 5. ac latius in hæc opinionem communem, q. non sit dignitas. ostendit. Tandem refert Matthæ. de Afflict. in consti. Siciliæ incipien. Confectione præfenti in. l. nota. dicentem, q. licet simplex militia non connumeretur inter gradus dignitatis, ea tamen, quæ cum præpositura est, vt sunt Capitanei equestres, vel pedites, dignitatem habent. Potest etiam verificari in præpositis ciuitatum, qui nobilitantur à rege cum administratione officij, prout in exemplo sunt *los regidores, o veynte y quatro* ad vitam: quia negari non potest, quin præminentiam, & dignitatem habeant respectu inferiorum, quos paganos appellare soliti sumus. Plura tamen iura suadent militiam esse dignitatem. De quibus per Tiraquell. de nobilitate. c. 8. in princ. nu. 1. & lib. 8. fororū Aragonum de creatio. milit. consli. Item q. si aliquis. ibi, promouerit aliquem minimè dignum ad militiam dignitatem. Et statim in titu. sequen. de conditione infantio natus. cõf. Nullus infantio. ibi, Cum his, qui eos promouerunt ad militarem dignitatem. Clericus etiam dicitur esse in dignitate. vt dixi in. l. 1. titu. 3. lib. 1. supra in gl. 1. pag. 110. versic. Quare his etiam. Sed intellige largè, prout est quædam præminentia respectu inferiorum, non autem proprie, vel in his militibus, qui cum administratione officij creantur, vt diximus.

Dubitari etiam solet, qui sint milites, qui priuilegijs militaribus gaudere debeant. Ideò vltra iam dicta in hac glo. adde. l. licet. C. locat. vbi Alberic. col. 2. dicit, & nota quod sequitur, specificat enim qui sunt milites, qui gaudent priuilegijs militum, quod fortè alibi non sic clarè reperitur. Quot autem sint eorū priuilegia, & vtrum renuntia possint, inferius suis locis opportunè dicitur.

Est tamen dubium, vtrum filij naturales gaudere ac sui debeant nobilitate parentu? Respon. Filij naturales alicuius nobilis, non sunt nobiles, nec eis arma parentum deferre licet. Barto. in. l. i. col. 4. C. de dignita. lib. 12. per text. in. l. cum legitime. ff. de stat. homi. & in. l. liberis. i. u. et. gl. ff. de Senatori. Florian. in. l. qui testamentum. in. ff. de probat. Bonus de Curtii. in tracta. de nobilitat. 4. part. col. 1. vers. si autem de nobilitate. nume. 3. Andr. Tiraque. de nobilitate. capi. 14. num. 10. qui plura expendit in probatione huius quaestiois. Quae apud eum videnda sunt in hac specie, & pro eius dote. glo. verb. liberi. in. clem. vni. de bapt. quae dicit, qd appellatione liberorum, quo ad honores & commodum non veniunt naturales. Quam sequitur las. in. l. i. nu. 13. C. de verb. signifi. Alex. in. l. ex factis. §. si quis rogatus. col. 11. versic. si autem est constitutio iuris civilis. ff. ad Trebellian. Quo fit, qd emphyteus concessa pro se & filijs, non intelligitur concessa pro naturalibus. Bartol. & communiter doct. secundum Rip. ibi in dicto. §. si quis rogatus. num. 62.

Inferitur. 2. qd ius retrahendi rem concessum con sanguineo propinquiore per leges huius regni. infra lib. 5. tit. 7. l. 6. cum similibus. locum non habeat in naturalibus, quos Bastardos appellamus. per dictam glo. in Clem. vni. de baptis. & est glo. in verb. filijs. in extrauagant. Excecrabilis. Ioann. Papae. 22. sub tit. de prebend. Ioan. Imol. in dicto. §. si quis rogatus. col. 5. vers. si autem constitutio iuris civilis. vbi dicit, qd immunitas concessa doctori, & eius filijs, non trahitur ad naturales tantum, quia secundum eum in exorbitantibus, seu privilegijs non veniunt predicti filij naturales. ergo nec in casu legis Regiae (del tanto por tanto) pra allegata, cum sit contra ius commune. vt habetur in. l. dudum. & ibi per Ign. C. de contrahed. empt. Item quod Bastardi non possint rem patrimoniam retrahere, Andr. Tiraque. istam partem amplectitur, omisis alijs, qui contrarium volebant, dicendo, qd erat nome naturae, & non iuris, ideo qd admittendos fore. Tamen ipse optimè probat oppositam sententiam, de qua per nos supra libro. 1. de vtroq; retract. §. 1. glo. 8. num. 4. cum sequent. Masueri. in praet. de retract. numer. 12. vbi plùs dicit, qd filij legitimi bastardorum non admittuntur ad retractum rerum venditarum à consanguineis ipsorum bastardorum, quem sequitur Tiraque. vbi supra num. 7. per tex. in. l. i. si. cum ibi nota. C. de naturali. liber. Et in effectu etiam hac tenet Couar. lib. 4. Decretali. 2. part. ca. 8. §. 10. nu. 3. vbi defendit, legitimatum rescripto principis ad ius retractus ex vi legis Regiae admittendum esse. contra Tiraque. vbi supra numer. 12. & Deci. consil. 275. dub. 3. Et qd illegitimi repellendi sint à predictis

Et in retractus, est tenendum, quicquid Cifon tan. in. l. 70. Taur. qd. adnotauerit pro bastardo. & Montan. in. l. 1. verbo. cambiar. col. 13. in principi. vers. Item quaro, vtrum illa, quae dicta sunt, tit. 10. lib. 3. foro leg. Nicolaus Boeri. de retract. §. 1. in final. verbis. & Bagoi. in sua disputatio. retractus. nihil tamen ad hoc ita duo posteriores allegantes.

Hic etiam est, qd ius patronatus non transit ad illegitimos, etiam si sint naturales. Dixi in. l. 1. verb. denan succeder. vers. Pulchra etiam est quaestio, vtrum illegitimi natis. tit. 6. lib. 1. supra. pagin. 236. Celsio tamen fieri potest filio naturali per patrem, quae est nome naturae. Rebuff. in repe. auct. habita. priuileg. 177. C. ne filii. pro patre. quod est notandum pro ampli. & intellectu. l. 15. lib. pragma.

Contrarium tamen sententiam, imò qd filius naturalis natus ex patre nobili, debeat gaudere nobilitate parentum, quemadmodum gaudet natus ex legitimo matrimonio, sermandum est in nostro regno. l. 1. titul. 11. part. 7. Cuius verba notandissima in derogationem iuris communis sunt haec. *E hijo d'algo es aquel, que es nascido de padre que es hijo de algo, que le sea la madre quier non, solo qd sea su muger velada, o amiga, que tenga consuecida madre por suya. Por qd antiguamente la nobleza, ouo comieço en los varones, y por ende la heredaron los hijos d'algo, y no los emperce, maguer la madre no sea suya d'algo. Et ibi Grego. Lopez verb. amiga. Oratoria de nobilitate. 2. parte. tertie. principi. pal. 63. nume. 1. vers. notum est etiam. Ioan. Orosci. in. l. cum legitime. num. 20. ff. de statu. homin. In contrarium est. l. 3. titu. 15. part. 4. ibi, *Daño muy grande viene a los hijos por non ser legitimos. Primeramente, que non ha los honras de los padres, nin de los abuelos.* Ex qua constat illegitimos iura honorifica minime consequi nec à patre, nec ab auo. Altera verò l. pra alleg. ad patris nobilitatem admittit. Quae iure regni difficile contraui iudicari necesse est. Nisi dixeris, dictam. l. 3. titu. 15. part. 4. ibi, fore intelligendam ex mente Gregor. Lopez in dicta. l. 3. titu. 15. part. 4. ibi, per. l. prima. fore in dicta. l. cum legitime. col. 2. ad. si. ff. de statu. hom. facit. l. Tauri. 12. vbi quo ad quaedam gaudet privilegio legitimationis, quo ad reliqua prohibetur. & lib. pragma. folio. 139. col. 2. ibi, *pero es la misericordia, que los cauallesos que yo hize y arme.* Si tamen tales filij essent nati ex damnato, aut punibili coitu, etiam si legitimentur à principe, non gaudent nec consequuntur patris nobilitatem. l. 9. in pragmaticis extraordi. anni. 1544. cuius verba sunt.*

sabed

sabed que a nos es fecha relacion, que a causa de algunas legitimaciones que mandamos despachar de personas nascidas de dañado e punible ayuntamiento, nascen algunos pleytos, dixiendo estos legitimados, que la hora que son legitimados, son hijos d'algo, y que son exemptos de todos pechos, ser vicios, e contribuciones, lo que no eran antes que fuesen legitimados. E porque nuestra merced y voluntad nunca fue, ni es, que las dichas legitimaciones se estiendan, ni entiendan a las hidalguias, ni por ellas se escusen de qualesquier pechos, y contribuciones a que eran obligados, y denian antes que fuesen legitimados, siendo como dicho es de dañado y punible ayuntamiento nascido de parte del padre, o madre. l. 7. tit. 22. lib. 4. foro leg. ibi, y el hijo que assi fuere recebido ay honra de fidalgo, si su padre fuere fidalgo, y esto se entiene de los hijos natura les facit. l. 12. ibi, pero en todos las otras. in. legibus Tauri. Quae loquitur in naturalibus. & ibi de legitimatione agitur late per Ioan. Lupum, caetero quoque interpretes.

Puedan traer paños de oro. De vestibus. quae possunt vti homines huius regni, cautum est in pragmat. Regum Catholicorum. l. 142. & l. 1. 43. cum seq. fol. 112. & hodie seruatur pragmatica sanctio edita à Carolo Caesare olim Hispaniae rege. anno. 1551. in ciuitate Tauri. cum declarationibus ibi subiectis ab eodem Caesare in oppido de Madrid. anno. 1552. De iure communi habes. l. 1. cum. 4. sequen. C. de holobrizis & auratis. lib. 11. & addendus est Tiraque. in. legib. cónabial. l. 17. fol. 45. colum. 1. vbi sunt aliqua loca tam rari, quam. l. temperent. dict. titulo. C. de holober. & holober. emendata.

Per vestes autè multoties distingui solet persona, vtrum sit nobilis. vel vilis. l. 5. titu. 5. par. 2. Vestis enim primum depellendi frigoris causa reperta est, postea ad ornamentum, & corporis dignitatem haberi coepta est. secundum Ciceronem de oratore. Et Chrysofost. super epistola Pauli ad Roman. homilia. 24. inquit, Non est vestibus ornanda caro, ne ornatu illam perdas. nam & molliorem indero facies, & bonam ipsius valetudinem corrumpes, dum nimia mollitie dissoluis. Per abusum tamen potius ad pompam ornatus, quam ad necessitatem vestes nimiam excreuerunt, adeo quod li

cet scientia praclarissima sit in viro, nullas tamen apud vulgus & optimates in deos defertur honor sine vestiu ornamento. Vnde prouenit illud metricu. Vir bene vestitus, pro vellibus esse peius tus Creditur à mile, quam is idiota sit ille. Si careat veste, nec sit vestitus honeste, Nulli est laudis, qui uis sciat omne quod audit. Refert

da traher paños de oro, odorados en las vestiduras, y en las

Specula. de aduocato. §. sequit videre de vestibus talis enim prima facie praesumitur, qualè eum indicat vestes esse. c. in audientia. & c. contingit. 2. de sent. ex co. litem apud Laboem. §. si quis virginis. ff. de iniuri. l. diuus. & l. sed si accepto. ff. de iur. re sic. c. si iudex laicus. §. id est esse centem. & illic gl. verb. reputare. de sent. ex co. m. lib. 6. l. 18. tit. 9. part. 7. l. 3. tit. 9. part. 1. l. 13. 14. 15. & l. 16. tit. 3. lib. 1. u. pra. Senec. vxori Neronis dixit Inducte delicate charissima, non propter te, sed propter honore. Im perij. Resumptit Specul. vbi supra. §. sequit. n. l. o. Fab. in procemi. Iusti. verb. Augustus. nu. 2. Dicit tamè Seneca, qd quaedam modum stultus est, qui equum empturus non eum inspicit, sed sella eius, & frangat stultissimus est, qui ex veste hominè estimat. Tra dit etià Lucas de Pena in. l. 2. C. de vestib. holober lib. 11. In vestib. autè debet differere nobiles, & doctores à ceteris inferioribus. arg. l. plenius. §. equit. ff. de usu & habita. l. si quid. §. iusticieter. ff. de usu fruct. vbi Vlpianus ait. Sufficienter autè alere, & vestire debet secundum ordinem & dignitatem mancipiorum. vbi Bald. dicit. Nota que dicitur sufficientia vestimenta. Quod facit pro vestimentis monachorum Et tene meti. Probatur etià per huc tex. qd Abbas debet esse melius vestitus, quam monachus, quae dignior monachus melius, quam conuersus; & magister in Theologia melius quam quilibet sacerdos, qui sit in ter fratres. Haetenus Bald. verba. facit.

Est notandum, qd non licet priuatis viris deferre vestes aureas, sericas, & auro phingatas, sunt enim priuicipibus, regibus, & magnis dominis relinquenda. l. 1. & l. 2. & l. o. de Platea vtrobiq;. C. de vestibus holoberijs & deauratis lib. 11. Constat etià ex ista lege, eum in signum privilegij nobilibus, ac doctis sit concessum à principe, ibi, *E por qd los cauallesos deuen ser esmerados entre los escuderos en justas acras.* Igit in contrariu est ius coe, quamvis male de consuetudine seruetur.

Est tamen dubiu, vtrum nae vestes solù viris censeantur prohibitae deferri, vel etià veniat mulieres? Videntur qd possint, ex eo, quia solù prohibentur viri, & non mulieres. dict. l. 1. & gloss. l. 2. C. de holober. lib. 11. & in pragmat. Caroli Caesaris. capitul. 1. Tom. J. Ccc dicitur

dicatur, quem una persona. Igitur cum prohibeat portare certas vestes, vel ornamenta, comprehendet solum viros, non foeminas. Iteperent. in verb. nullilicere in freq. equestribus sell. eod. lib. ii. & sic mulier est melioris conditionis, quam mascul. secundum Plat. in. d. l. i. Igitur non comprehenduntur foeminae sub hac prohibitive cum sit materia odiosa ac poenalis.

Sed tamen contrarium est dicendum per dictam pragmat. Quae etiam in foeminis expressè loquitur in ca. 8. incipient. Item que en las ropas enteras de seda de las mugeres. Item etiam quia pragmat. loquitur per verbum comprehendens tam masculos, quam foeminas, dum dicit, qual quiera persona. quae etiam cum sit in materia indifferenti, utrumque sexum comprehendit eius prohibitio, quanuis si materia sit poenalis, foeminas. glof. in clement. i. verb. homines. de electio. & in cap. si quis suaden te. 17. quae st. 4. in gl. i. Deci. in l. foeminae. nu. 88. ff. de regu. iur. vbi tradit statutum prohibitorium poenale comprehendere foeminas. Hinc est, quod foeminae contrahenti bus nuptias est imponenda poena. l. 3. tit. i. lib. 3. infra. & l. 6. tit. 15. lib. 8. in fra. latius in dict. l. 3. explicatus est. Probatur etiam per Philipp. nostrum regem, in cuius habitibus apud Aragonos in oppido de Monçon. anni. 1553. vbi sunt leges prohibentes deferre vestes in certa forma in praedicto regno Aragonum. Quae admodum est pragmat. apud Castellanos, de qua supra. & est. l. 1. 4. 6. lib. pragmat. quae in terminis loquendo, affirmat hanc rationem.

Dubitatur, utrum lex prohibens vestes istas deferre, intelligenda sit etiam si intra domum eas aliquis deferat, & sic capi possint cum poenae executione. de qua in pragmat. regia? Videtur quod sic: nam generalis est prohibitio, dicendo, en las ropas y vestidos que traxere. Ergo extra domum, siue domi publice deferat, venit contra legis praecipuum. & si in distinetur erit utroque casu deferens puniendus. l. prospexit. ff. qui & a quib. cap. si Romano. rui. 19. dist. l. i. §. generaliter. ff. de legat. praestand. Secundum ista prohibitio est propter publicam utilitatem introducta, ne quis de pauperetur ex nimio sumptu, qui cotingere solet ex vestibus pretiosis, & excessivis tam in principali, quam in ministerijs & officialibus, quod experientia hisce in regnis iam docuit; & refrenanda erit tam incauta, & excessiva impensa. cum interfuit reipublicae, ne quis res sua male vtatur. §. sed & maior. verf. expedit enim reipub. Instituta. de ijs, qui sui vel alie. iur. sunt. Sed impensam fructuosa, ac ineffrenata ita contingit, si fiat ad vsum domi, quem admodum si ad publicum extra domum. Igitur. & c. Facit procer. dictae prag. ibi. para enitar fraudes. & e infesus. c. 16. ibi. que traxeren qualesquier ropas, & c.

17. ibi, dende el dia que fuereregonada y publicada, q por cada vez que lo hizieren, o mandaren buzer, ca yan, e incurran en pena. Igitur omnino prohibentur non solum deferri, sed etiam fieri huiusmodi vestes, ac prohibende nullo modo possunt ad vsum fieri.

Tum etiam, quia hac delatio solis constitutis in nobilitate, & dignitate sunt concessae specialiter, & in privilegium deferri, ut iam supra habitum est. Et in constitu. vniuers. Salmantinae. 2. 4. ibi, praeter Regum. Ducum, & Comitum filios. Contrarium faciens facit in praedictum legis, ac honorem privilegiorum, ergo poterit prohiberi, tanquam qui iuri & insignijs sibi non competentibus uti minimè veretur. argum. l. eos. §. fin. ff. de fals. ca. dilecta. iunct. glof. fin. de excessib. praetatorum. intantum, quod lex prohibens portare vestes deauratas, vel de serico, vel alterius rei, non poterit praemissa ratione portare fictas, & contrafactas. Quicquid Bart. teneat in. l. 1. §. hoc interdum. ff. de font. non comprehendit sub poena statutum, sed quod debeat intelligi de veris, naturalibus, & non fictis. tex. est pro hac sententia contra Bart. in l. vellera. C. d. velli. holobe. & deaur. lib. ii. tenet Ludou. Roman. in. l. i. col. fin. nu. 16. ff. quod quisq. iur. & in. l. i. verò. §. de viro. fallit. 42. nu. 73. ff. solut. matrimo. & pro hac opinione Roma. est tex. in dict. pragmat. de las sedas. ca. 2. ibi, Item que en las calças, y muslos no puedã echar, ni traer vellillas de oro, ni plata finas, ni falsas, & c. Sequitur ergo ex praedictis, quod vtens vestibus in habitibus in praedicta pragmat. cuiuscunq. status, seu conditionis, & praerogativa sit, siue, priuatum domi, siue extra, erit poena praedictae legis puniendus.

Facit contrarium. l. 1. 43. ibi. e que a otras auerzas tomado las sayas e ropas en sus casas, diciendo que las auia vestido e traydo fuera de sus casas guarnecidas cõ la seda que era vedada, aunque no se las hallanades vestidas. Verba etiam similia habentur in. l. seq. 1. 4. lib. pragmat. regu. catholicorum. Igitur ex vfu extra domum poterit auferri domi, & non alias. Sed verba, illa sunt enuciatiua, & narrativa, in quibus dispones non se fundauit ad constitutendam in hoc decisionem, nec nihil disposuit, ideoque non obstat rationibus praemis.

Praeterea domus vniuscuiusq. causa quietudinis, & tutissimam refugij potius, quam molestiae debet esse. l. perijq. ff. de in ius voc. l. 2. tit. 7. part. 3. sed si vestium delatio esset prohibita domi, daretur occasio inquietudinis, ac molestiae nempe, quod quis perscrutaretur ab istis officialibus, qui magis desiderat & intendit circa praedicta, quam circa legum obseruationem. Sed illa lex intelligitur in causis ciuilibus, secus in criminalibus, ut est ista, propter inobedientiam.

Praeterea aut pragmat. considerat sumptus, aut ne vilis persona ita incedat ornata, quem admodum

dum nobilis. Si primum considerat, prout supra aduertit, habet locum domi afferentes. Aut nobilitatem, & tunc domi non prohibetur, quia persona ibi facta cognoscitur, nec est causa ostentationis nobilitatis, quae fit per actus extra domum.

argu. distinctionis Georgij Nat. in repet. c. quauis pactum nu. 144. intelligetem Bart. do.

uifas: y e las vadas, y en las sillas y frenos, y en las armas Y esso

ari. in. l. 1. §. hoc interdum. ff. de font. quatenus decidit statutum puniens mulieres, portantes per las. non procedere in ea muliere, quae portat per las fictas, ac contrafactas. Quam retulit ipse num. 143. col. 45. Georgij Nat. in dict. cap. quauis pactum. & diximus supra. Quod fit, quod meretrices incedentes domi cura ornamentis prohibitis ex communi huius regni obseruantia, non puniuntur poenis legum prohibentium has vestes deferri, ergo ex interpretatione, quae a consuetudine traditur, quae optima legum est interpret, non debent capi vestes domi, nisi cum eis fuerit apprehensus deferens extra locum suae habitacionis. argu. l. si Baratoram. C. de fideiusso. & quae not. Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras. §. 21. num. 12. fol. 95. de donat. inter virum & vxor. Non obstat, nam vestus pragmat. 1. 4. 8. habet considerationem ad sumptus, ne detur ex hoc occasio consumendi patrimonium. ut patet ex prin. & inferius. ibi, sobre lo qual todo a nos como Reye Reyna, es señores pertense prouer y remediar, por manera que nuestros subditos no tengan ocasion de star mal de sus cosas, ni de destruyr, ni gastar sus hazrendas e rentas en cosa tan escusada. & c. Ex quibus pragmaticis constat, ut euitentur sumptus, fuisse factam huiusmodi prohibitionem, ac proinde domi eas vestes contra tenorem pragmaticae deferri minimè licere, secus tamen eas habere. Et quia casus quotidie est in factu, videant qui lege lata hac apertius decidere possunt cum illius sit interpretari, cuius est statuere Interim tamen credere non posse extra domum, nec domi deferre ex mente prooemij dictarum regiarum legum. Ex quo deducitur ratio finalis. l. Pacuueius. ibi, hie dem in stitut hac praefatio ne. ff. de haeredi. insti. Hierony. Cagnol. in repet. l. si emancipati. num. 175. C. de colla. notabilem dicit, & idem notat Deci. conf. 314. col. 2. num. 2. lib. 2. Segur. in repet. l. 3. §. fi. num. 3. & ibi latissime remisit. ff. de liber. & posth.

Dubium tamen est circa praedicta, utrum personae ecclesiasticae comprehendantur sub dispositione praedictae pragmat. Videtur quod sic. Nam statuta inducta honestatem, comprehendunt

dunt clericos, qualis costat esse praescripta practica.

Tum etiam, quia statuta laicorum. in his, quae concernunt publicam utilitatem, similiter comprehendunt clericos. l. ad. titos. C. de ep. aud. & in casu de armis non portandis not. Ioan. de Platea in. §. Itē lex Iulia. col. 3. nu. 108. Insti. de public. iudi. sed non portare has vestes superfluas, inhonestas, & prohibitas etc in et communem ac publicam utilitatem populi, igitur eos comprehendit poena praedictae pragmat. quae exigenda erit coram iudice ecclesiastico, ut in statuto de armis non portandis Platea loco praecitato decisum reliquit.

Quod notandum existimo in actu practico. & sequitur Ioan. Lup. in repe. ca. per vestras. §. fed est pulchra dubitatio. num. 13. fol. 80. col. 4. vers. ad hoc faci quod in simili dicitur Doctores. quorum privilegia plura sunt ut per Matthaeum de afflicto. in. c. 1. de seu diu successione. nu. 6. lib. 2. feudorum & Doctores dicuntur nobilissimum. prouidentum. C. de postul. Matthaeus de Afflicto. in. c. 1. quis datur dux, com. vel Marchio. col. 4. nu. 13. fol. 37. vbi plures species nobilitatis, ponit, quas omnino vid. dicuntur; Doctores legentes, clarissimi. l. diu. ibi, Salutij Iustiani amici nostri clarissimi. secundum Alex. l. as. Iacob. nigrum, qui dicit communem. num. 27. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. quanuis ipse a communi velit recedere.

¶ En los doctores. Nota, quod privilegium concessum militibus armatae militie, extenditur ad doctores. de quo per Alex. in. l. Centurio. ff. de vulgar. & pupill. vbi quae rit, an privilegium illius legis competat doctoribus legentibus, vel aduocatis. Quia post multa concludit quod sic. in numer. 17. quia militare dicuntur. l. aduocati. C. de aduocat. diuer. fo. iudi. Soci. num. 1. & Rip. num. 12. refellere nituntur rationes Alex. Breuiter circa hac dubitationem aduertendum est. Primum, quia quaedam sunt privilegia, quae competunt militibus ratione dignitatis, seu nobilitatis, licet militiam simplex non sit dignitas. vt dixi in j. gloss. & cuius causa privilegia militibus concessa, competunt doctoribus. Constat namque ratione. Nam doctoratus est dignitas. cap. quanto. de magistr. vbi Anto. Panor. & Ioan. de Anani. num. 3. hanc dicens communem opinionem esse. Guido Papa. decisio. 88. columna fina. numero tertio. Alexan. alios referens consil. 9. 4. columna tertia numero secundo libro primo. Deci. in cap. propofuisti. column. 1. num. 18. de probat. Lancel. Galliaul. in rep. l. Centurio

torio. nume. 20. ff. de vulgar. Præposi. in prooem. Decreti. nu. 14. sed militia non est dignitas. l. fin. C. qui milita. poss. lib. 2. glo. in l. 1. C. de equest. digni. cod. lib. Bart. in l. ex eo tempore. ff. de mili. testamen. & in l. 1. C. de digni. lib. 2. vbi tenet, qd nedum non est dignitas, sed nec nobilitas. Ideo doctor est præferendus militi armatæ militiæ. cum sit in dignitate, ac nobilitate. vt Deci. in d. c. propofuisti. nume. 18. post. Alex. consil. 94. lib. 1. adnotatum reliquit. Hanc prælationem propter doctoratum ponit Bald. in prooem. digestorum. in fin. num. 22. & ibi Hierony. Cagnol. nume. 56. Alexand. & Galfaut. in repe. l. Centurio. num. 22. ff. de vulg. & pupilla. Angel. in prooem. Infit. §. Imperatoriam. col. 2. num. 3. versicul. quæro quis præferendus sit miles. Deci. in cap. clerici. col. 5. nume. 13. de iudic. Signo. de Homod. consil. 23. incipi. Est quæstio disputata per me. vbi ad vtrâq; partem adducit plures rationes tam pro doctori. quàm pro milite. Eum vide, quia subtiliter loquitur. Intellige. vt per Deci. in dict. cat. si clerici. co. pen. num. 12. vt in actibus doctoris & promiscuis doctor sit præferendus militi. in actibus militiæ miles. Idem concludit Christophorus Lanfranchinus in quæst. per eum disputata incipien. Rem satis arduam, & mihi non paruum. num. 62. reperies in 12. volu. tract. vtrum præferendus sit doctor, an miles. vbi dicit sententiam omnium doctorum esse, doctorem militi præferendum esse: & eam optimè modificat, atq; intelligit. & ponit 16. priuilegia, quæ competunt doctoribus, à nu. 16. ad. 39. vsq; & Ioan. de Anani. in additioni. ad Signorol. de Homode. in tract. vtrum præferendus sit doct. an. miles. num. 48. Est etiam aliud priuilegium, quòd doctores sunt nobiles. glo. verb. nobilissimos. in l. prouidendum. C. de postulan. expressè notat Bart. in l. iudicis. nu. 2. C. de dignita. lib. 2. Ange. in l. sed & si suscepit. §. si liberti. col. 1. v. 1. Item est optimè argum. ff. de iudic. Christopho. Lanfranchi. in dict. quæst. rem satis arduam. num. 19. Bartholomæ. Bologni. in repe. authen. Habita. C. ne filius pro patr. nu. 63. versic. nã sciētia nobilitat hominē. & ex hoc dicto aliquando notanda infert Boeri. in rep. l. consentaneum num. 152. C. quomod. & quando iudex.

Est & aliud, quòd doctores non possunt subijci tertiaræ. per tex. in l. Dino. & l. milites. de quæstio. Alex. ad Bart. in l. 1. C. de digni. lib. 2. Boeri. in dict. rep. l. consentaneum. nume. 154. Lancelo. Galfaut. in rep. l. Centurio. num. 26. ff. de vulg. Lanfranchin. in dicto tracta. vtrum præferendus sit doctor, an miles. col. 2. num. 23. Ioan. Andr. in regul. Cum in contemplatione. de regul. iur. Platea. in l. 1. C. de professio. qui in vrb. Const. lib. 12. Cyn. & alij in l. milites. C. de quæstioni. text. ex-

pressus in l. 2. ibi. *nin a maestro de las leyes, nin a omie que fuese consejero señaladamente del Rey, so del conu de alguna ciudad, o villa del Rey, nin a losijos de estos sobre dichos seyendo losijos de buena famatit.* 30. par. 7. Quæ est notanda, nam secundum Grego. Lopez. ibi. verb. *maestro*. de iure communi non reperies legem ita clarè hoc explicantem. Simi. lex est apud Lusitaniam viros lib. 5. ordinati. titu. 64. l. fina. ibi. *ou doutor em leyes, ou en degredos, ou en physica.* A deo locū habet, quòd non valeret consuetudo in cōtrarium. l. omnes iudices. vbi expressim nu. 2. Barto. adnotauit. C. de decurioni. lib. 10. Galfaut. in dict. repe. l. Centurio. nume. 26. Lanfranchinus vbi supra. num. 23. Hippolyt. in l. edificum. num. 5. ff. de quæstio. Boeri. in repe. l. consentaneum. nu. 154. C. quomod. & quando iudex. Jacin. l. de quibus. num. 66. ff. de legib. Angustin. in additioni. ad Angel. in tracta. de maleficijs. in part. Quòd fama publica. versic. Sexto quæro. num. 102. fol. paræ imprensionis. 106. col. 2. Hippolyt. singul. 556. incipien. Plura vt credo. Paul. Grillad. in tract. de tortura. q. 6. num. 3. Thomas Grammatic. in voto. 1. num. 12. versic. quòd consuetudo inducens. idem voluit in vot. 25. col. 3. num. 4. quauis litera corruptissima sit. & contra eius mentem contrarium dicere videatur Roma. singul. 488. & communiter tenetur secundum Ludo. Carreri. in rep. l. obferuare. colloca in principi. præctice criminis nu. 180. pagin. 145. Duenas in tract. regul. cum salient. regul. 190. incip. decuriones. versic. Amplia. quarto adeo. Est & aliud priuilegium, vt non teneantur ad onus hospitandi aliquem in sua domo. glo. in l. qui in munitatem. C. de mune. patri monij. lib. 10. vbi Alex. in additioni. ad Bart. num. 3. & Ioan. de Plat. col. 1. nu. 1. Christopho. Lanfranchi. in tract. verum præferendus sit Doctor an miles. col. 3. nume. 24. l. fin. §. si. ff. de iure in munitat.

Alia multa prerogatiua doctorum enumerantur apud Lucam de Penna in l. grammaticos. col. pen. versic. Item nota qd doctor. C. de professio. qui in vrbe Constantinopolita. lib. 12. Chafsan. duas ponit in catalogo gloriæ mundi. 8. par. consideratio. 40. & confide. 41. Plures quàm quadraginta prælationes ponit Petr. Lenander. in tract. de doctori. in 2. part. Octoginta & tres melius, ac resolutius quàm alius aggregauit Barbat. in prooem. Clementi. in 2. lectura. versic. vltimò quia quæstiones quæ tangi consueuerunt. nu. 15. ad. nu. 92. inclusiue vsq;. Et alibi passim traduntur, & merito. Sed certè maiorem dignitatē consequerentur doctores antequàm reipublicæ status subuerteretur à Cæsare, & huius scientiæ splendor in humaniter deleteretur, & post mortē ipsius, vt patet ex his quæ leguntur in l. 2. §. iuris ciuilibis. ff. de origine iur. Hodie tamē in regno veluti prophani

phani æstimati sunt, in derisum & contemptum habui ab insipientibus inlatis falsa nobilitate, aliena à moribus ac virtute verè nobilitati, vt omnibus notum est. Quòd absq; dolore cordis cogitare non possum, quia fortè literatorum copia. (qui re sunt præditi literis propter peccata populi, quemadmodum de prophetis ad annuntiantium verbum Dei, vt in facris habetur,) de esse in futurū timeo, Quòd Deus auertat. Bartholomæ. Bologni. in repe. authen. Habita. C. ne filius pro patr. nu. 54. vsq; ad. 124. & Boeri. in rep. l. consentaneum. num. 152. C. quomod. & quādo iudex. Lancelo. Galfaut. in l. Centurio. col. 5. versic. quæta cadit dubitatio. ff. de vulg. & pupilla. plura etiam doctorum priuilegia cumulant. Et regul. cancellariæ Iulij Papæ. 2. in. 4. part. etiam præfert magistris & doctoribus. vbi vide glof. Item contra doctores, vel scholares sua petentes stipendia, vel alimenta non obstat compensationis exceptio. Rip. in l. 1. col. 1. nu. 142. ff. solut. matrimo. Petr. Rebuff. in repet. authen. Habita. priuilegi. 168. C. ne filius pro patr. Sicut enim cōtra dotem non recipitur compensatio. l. 1. §. taceat. C. de rei vxor. actio. & plenè per Bald. de Bartholi. in rep. l. 1. ff. solut. matri. & Rip. ibi. ita nec contra doctorem, seu scholarem gratia studij. Nam si fortè compensatio obijceretur per mercatorem deferentem pecunias, cogentur præditi fame perire, & auctationis aniam a prælio literarum, docendiq; munere.

Est etiam aliud priuilegiū, quòd doctores qui per viginti annos legerint, illustres efficiuntur. Ad de Domi. Iacobati. de concilio lib. 1. ar. 12. pagin. 28. versic. similiter non videtur habenda confide. secundum Bart. in prooem. digestorum. nume. 12. & ibi Hieronym. Cagnol. dicit communem esse nu. 46. Defendunt hanc partem Paul. Orrian. nu. 23. & Iacob. Nigr. col. 6. num. 18. & Sebastian. Sapia. col. 1. num. 5. in repe. l. 1. ff. de offi. eius cui mada. est iuris. Et ita accipiendum quòd dubitat Bartholomæus Bologni. in rep. authen. Habita. C. ne filii pro patr. per. l. vnic. C. de professori. q. in vrb. Constanti. lib. 12. ibi. placuit honorari, & ijs qui sunt ex vicaria dignitate connumerari, vbi glof. dicit. Sed vicarius æquiparatur Comiti & Ducis ergo est Comes & Dux. vt supra de comi. & archi. l. 1. Purpurat. in l. cum quid. num. 7. r. ff. si cer. peta. & Rebuff. in auth. Habita. pagin. 363. priuilegio. 176. C. ne filius pro patre. dicentes adeo procederet, quòd tempus, quo publicè legit ante doctoratum, computatur ei in tempus viginti annorum, vt Comes efficiatur. Quòd est notandum pro scholasticis Salmantinis, qui ante consequutum doctoratum plures annos soliti sumus legere publicè. l. 8. titu. 31. part. 2. ibi. *e despues que ayant*

tenido cynte años escuelas de las leyes deueni buer hora de condes. Ex quo optimè iure plures, qui in hac Salmanticensi vniuersitate legisse apparet per viginti annos publicè iuram in cathedris perpetuis sibi vendicant nomen illustrium personarum, vt inter alios est vnicum exemplar totius iuris sapientiæ Domiaus ac doctor Petrus à Peralta. & non dissimilis Doctor Aluarus a grado, ac Doctor Antonius Gómez legum professores, ac uicibilati in hac nostra vniuersitate, & in iure Canonico Doctor Antonius de Aguilera, quos omnes præceptores habui per cursum vtriusq; iuris, in quibus iuribus tam canonicis, quàm ciuilibus, laureā primam in hac vniuersitate (licet inmeritis) fui consequutus.

Est tamen dubium. An huiusmodi nobilitas, exemptiones, ac priuilegia competentia ratione gradus doctoratus, sint personalia, vel competat successoribus in perpetuum? Istam quæstionem disputauit publicè in gradu meæ promotionis ad doctoratum? Et quòd sint personalia, suadet: quia ratione & consideratione personæ concessa sunt hæc priuilegia, ergo sublata persona doctoris de medio, cessat transmissio ad posteros. l. fordidorum. C. de excusationi. nume. libr. 10. Sordidorum enim (inquit tex.) munera excusatio de lata personis, ad hæredem, successorem ve trāsire nō potest. nec enim potest esse perpetuum, quòd non rebus, sed personis, contemplatione dignitatis, ac militiæ indulgisse nos cōstat. Adde dā sunt, quæ not. Ioann. Crott. in rep. l. omnes populi. nu. 229. ff. de iustit. & iur. vbi ponit. 7. conclusiones. Sed huic legi respondebam, nobilitatem, seu exemptionem non transire in successorem, seu hæredem ascendentem, collateralem, seu extraneum, secus in liberis, & sic descendentes, in quibus nobilitas patris deriuatur, etiam si sint naturales: vt in. 1. glo. dixi. & est de mente glo. verb. ad hæredem in dict. l. fordidorum. Ex quo inferitur, quòd filius doctoris gaudet priuilegio patris, etiā eo defuncto. Quāuis glo. in l. 2. verb. filij. & ibi Alberi. num. 9. C. de episcopis & cleri. velit tantum patre viuentē, non aliās. Cui est simi. glo. in l. medicos. verb. & filijs. C. de professio. & medic. libr. 10. vbi Ioan. de Platea col. 1. ad fin. eam sequitur, dicendo, quòd hoc priuilegium, conceditur ratione officij. nempe lecturæ, & studij. illo ergo cessante, cessant priuilegia. Plat. idem. firmat in l. in filijs. col. 2. nu. 4. versic. Quarto nota in verbo ipsos. C. de decurioni. lib. 10. Iaso. in l. Seriniarios. col. fin. nume. 10. C. de testamen. milit. & in l. filius à patre. §. filius familiæ. col. 2. nume. 3. ff. de liber. & posthu. Hippolyt. in rep. l. vni. nu. 41. C. de rapt. virg. Fernand. Loazes tracta. matrimo. 7. dubio. nume. 11. fol. 57. faciunt quæ scribit Rip. in l. ex fa

Ad num. 12. ff. de vulgar. & pupilla. est text. in l. 3. titul. 4. infra. eod. lib. 4. vbi mortuo patre priuilegiato a solutione tributorum, non liberantur filij a contributione, imò tenentur solvere quem admocum alij pagani, & tributarij. Sed hæc lex regia potest intelligi in priuilegiati ratione officij tantum, vt in ea cõstat, & in tabellionibus numerarijs, in simulq; publicis ciuitatum, Pragmatica Caroli Casaris in nostro regno cautum est in curijs de Madrid. ann. 1554. l. 128. fecus si ratione laboris præteriti vnãcum officio legendi adiuncto dignitati doctoreæ, seu militiae nam istud etiam in mortuo illo, qui causam dedit priuilegio, durat, & transmittitur in successores descendentes. argum. text. in. §. constat eos solos prodesse, qui in acie amittantur, ij enim, qui pro republica cederant, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. In lit. de excusat. tuto. & sic cum sit triplex causã coniuñcta in doctore, vna cessante, non cessant reliquæ. Facit, nobilitas, quam vulgaris appellat, trãsit in nobilem creatum a principio, ergo & ista nobilitas, cum ab eodem principe fit inducta in doctore, vt est notum, quippe cum splendidior sit in filio doctoris, quam in filio alterius nobilis. l. 2. §. ergo Sabino concessum est. ff. de orig. iur. ibi dum dicit, proauum suum seruum Sulpitiũ, gloriabatur ex nomine Casius, quòd a duobus clarissimis iuriconsultis Tubero ne & Sulpitio descendit. Deniq; Pomponius in nullo ante loco seruum natalium tam opere collegit, vt in d. §. ergo in Casio. Quod certè non est mediocre argumentũ, splendidus eos ornari maioribus, qui a iuriconsultis nascerentur, vt non iniuria doctorum liberi (si modò parètes & doctrina, & integritate sunt inostrabiles,) sanguinis seriem cum gloria recensere possint. Colli gi porò ex eod. textu. potest euidentis argumētum cõtra nobiles, qui cum frequenter legali sciētia operam dederint, nomen tamen doctoris fastidiunt, cum legalis doctrinæ lumen, nobilitati magno intervallo præluceat.

Probari etiam poterit quòd transeat ad descendentes etiam mortuo patre, qui fuit causa nobilitatis & exemptionis. Nam ex nobili producitur nobilis, & sic causã insluit in suum derivatum. l. 1. c. de digni. lib. 12. vbi litera sic se habet. Si (vt proponitis) & auum consularem, & patrem prætorem virum habuissis, & non priuatæ conditionis hominis, sed clarissimus nuperitis, claritatem generis retinetis. vbi Barto. & Ioann. de Platea. & in. l. si Senator. eo. titu. l. Senatoris filium. ff. de Senator. Nobilitas enim a progenitorib; seminatur in posteros. Bald. in. l. cum antiquioribus. col. 3. quæst. 8. c. de iure deliberand. & Lucas de Penna in. l. mulieres. col. 3. vers. Sexto ex nobilitate pro

genitorum. c. de digni. lib. 12. Gloria enim hominis ex honore patris sui, & contumelia filij pater. Sapient. 3. Vnde suscepius ex patre nobili, sine alia dignitate cõsetur nobilis. l. 3. c. de commer. & merca. Idem & fortius, si ex dignitate nobilis est. l. Senatorum. c. de digni. lib. 12. Lucas de Penna in d. l. mulieres. col. 3. Guiljelm. Laud. & Card. quæst. 2. in clem. vni. de Baptism. Panorm. in. cap. licet. in fin. de censib. Andr. Tiraquell. de nobilitate. c. 15. num. 1. Chassan. in catalogo glos. mund. 8. part. considera. 24. Sed doctor est nobilis, ac in dignitate cõstitutus. Bart. in. l. indices. c. de digni. lib. 12. Chassan. in consuetu. Burgundia rub. 4. §. 19. in princ. versic. quarto qui dicatur nobiles, & vbiq; tradunt doctores. vbi de priuilegijs eorum diximus supra tractasse, ergo transmittitur ad posterum in perpetuum. Cum causa nobilitatis iam fuerit consequta suum effectum per gradum doctoratus circa liberos, & sic quantum causa cessat, non cessabit effectus iam consummatus, & perfectus in vita patris erga suos descendentes. Est ita nobilitas civilis saltem durat vsq; ad pronepotes inclusiue, & non vltra extenditur, cum causa nobilitatis non transeat ad posterum, vt illa, quã accidentaliter quis consequitur. glos. in. l. 1. c. de digni. lib. 12. l. 1. ibi, ad filios eorum atq; nepotes ipso ordine sanguinis. c. de priuilegijs eorum, qui in sacro palatio militant. lib. 12. l. diuo Marco. c. de quaestioni. vbi vide quæ notãt. Petr. Cyn. & Alberi. & Bart. in. l. emancipatum. §. final. ff. de Senatori. Facit etiam lex. 3. titu. 9. infra. eod. lib. 4. ibi. *pueda lo faysse el mas cercano pariente que entere del numero fasta segundossijos.* Et sic priuilegium nobili cõcessum extenditur vsque ad pronepotes. Ad id qd vsq; ad pronepotes extendatur, notat gl. in. l. liberis. verb. ex liberis. ff. de Senato. sententiã cuius nullũ impugnare fatetur Ioan. Crott. in repect. l. omnes populi. num. 235. ff. de Senatori. Tiraquell. eandem partem tuetur in tract. de nobilitate. cap. 15. nu. 2. Bartholomæ. Chassan. in catalogo gloria mundi. 8. part. consideratio. 24. post Bart. num. 35. Plate. & Luc. de Pen. in d. l. 1. c. de digni. lib. 12. Bonº de Curtill. de nobilitate. 4. part. num. 35. adeo. filij doctorum gaudent nobilitate, ac immunitate parentum, siue in doctora dignitate cõstitutus eos suscepit, siue antè, dum tamen legitimi, & naturales sint. l. naturalis, & ibi expressè Ioan. Orosci. num. 3. ff. de Senato. Sed in hoc non ita indistinctè procedendum est, cum sint pleriq; docto. ac iura vrgentia partem negatiuã. l. si Senator. c. de digni. lib. 12. & ibi Barr. Andr. Tiraquell. plura refert in tract. de primo genitu. quæst. 3. num. 2. et in tract. de nobilitate. cap. 15. num. 7. qui consulendus erit.

Si igitur nobilitas doctoris beneficio principis propter

